**E**xo. 10. co feci, & posui te, & de somno peccati, quo eras lopitus suscitauit te, nō ad gratiam, sed ad ma-  
**E**xodi. 14. litia tua maiore oñionem, L vt oñiam in te virtutem. I.i. potentiam meam. L percutiendo  
**E**xo. 4. Aegyptum diuersis plagiis, teq; ad ultimū submergedō in maritubro, L & vt annūtieſ nomen  
**E**xodi. 15. meū in viuiera terra. I.i. fama maiestatis mea diuulgetur vbiq; & oñies agnoscant potentiaꝝ  
**E**saic. 63. meam auditis mirabilibus, quae feci in te. Dicitur aut̄ deus Pharaonem excitasse seu posuisse,  
**E**rgo cui vult miseretur. Per grām deducedō ad gloriā. Hoc cōuenit deo p̄ se, ita vt p̄desti-  
natio eius sit causa grāe & gloriaꝝ, L & quē vult indurat. nō influēdo malitiā, sed non conferen-  
**E**ncl. 15. do subsidiū. Hoc cōuenit deo p̄ accidēs. s. quia nō remouet prohibēs. Sicut nauta p̄ suam absen-  
tiam est causa submersionis nauigātium, & sol p̄ suam elongationē est causa congelationis, nō  
impertiendo frigiditatē, sed non influendo calorem, sic deus indurat nō adhibendo gratiam,  
**E**sther. 15. cordis duritiam mollificantem. Porro, reprobatio diuina non est causa culpe, sed p̄cenā  
propter culpam. Sumēdo ergo reprobationē diuinā pro ordinatione alicuius ad p̄cenam, sic  
secundum ordinem rationis p̄scientia peccatorum reprobationem p̄cedit, quoniam de-  
us neminem ordinat ad p̄cenam, nisi quia agnoscit & p̄scit eius malitiam. Sed p̄dicta mi-  
carnalibus esse mouendum. L Dicis itaq; mihi. id est, si deus quem vult, indurat, & cui vult, mi-  
seretur, videtur q̄ sicut vocatio iusti ita iudicatio reprobri ex diuina voluntate dependeat, vt si  
**E**sther. 6. cut non est ex meritis quod deus miseretur, ita nō erit ex meritis quod reprobatur. F  
**E**sther. 15. ista ita se habeāt, cur vltra inquiritur, cur iste sit bonus, & cur iste malus? Vel, quid ab aliquo re-  
quirit, vt bene op̄etur? Vel, cur deus aut̄ alius quisquām cōquerit, de hoc quod quidā impie vi-  
**E**ccl. 43. uunt? L voluntati em̄ eius quis resistit? I.i. cum nullus valeat diuinæ resistere volūtati. Ista ob-  
iectio fortis esset, si deus ēēt directa & effectua causa induratōis, sicut ēēt directa & effectua cau-  
sa iustificationis. Hoc aut̄ ita non est, sicut iam patuit. Ap̄lus demū r̄ndet ad hoc primo, redar-  
guens temeritatem eoꝝ, qui profunda dei scrutari p̄sumunt. L O homo, mortalis in ordi-  
ne intellectualium substātiaꝝ nouissimus qui nec teipm̄, nec inferiorate comprehendere potes,  
**E**ccl. 8. Eccl. 43. L tu q̄s es q̄ tñdeas deo; L opa eius impugnādo, intelligēdo, vele eius sermonibus respōsa p̄stā-  
**E**ccl. 8. do. Nullum hoī facere potes. Scriptū est em̄: Intellexi q̄ oīm opeꝝ dei nullā possit homo in-  
**S**apic. 9. venire rationem. Et in libro Sapic: Difficile iuenimus qua in terra sunt, & quae in prospectu  
**E**ccl. 43. sunt, iuenimus cum labore. Quae autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Hinc ait beatus Iob:  
**J**ob. 9. Quis ego sum, vt respondeam deo, & loquar verbis meis cum eo. Et rursus: Si voluerit homo  
**I**bidē. cum deo contēdere, nō poterit respondere vnum pro mille. L Nunquid dicit figmentum. I.i.  
**T**hren. 4. opus L ei q̄ se finxit, qđ me fecisti sic? I.i. sicut figmētum nō dicit figulo, cur sic fecerit se, q̄a nec  
**E**ccl. 33. seipm̄, nec figulū cōprehēdit, sic homo nō debet dicere incomphēnsibili factori suo, cur ita fe-  
**E**ccl. 29. cisti vñū eligēdo, aliū dimittēdo, plus grāe cōferēdo, seu etiā p̄parando isti, quām mihi. Hoc  
**E**ccl. 43. verbū Ap̄li sumptū videt ex eo q̄ Esaias ait: Vx̄ qui cōtradicit factori suo. Nunquid dicit lutū fi-  
gulo, qđ facis? Deinceps ponit Ap̄lus generalē r̄ōnem, cur deus quosdam p̄destinavit, &  
**E**ccl. 43. quosdā p̄scivit, oñitq; p̄positū suū p̄ simile. L An nō habet p̄tātē figulus lutū ex eadē massa? L  
hoc ē, ex eodē luto, qđ est iux̄ artis materia L facere, aliud qdem vas in honorē. I.i. ad vñshone  
**T**imo. 2. stos, & in forma decora vt collocetur in mensa, L aliud vero in contumeliam? I.i. sicut figulus  
hoc p̄t,

A hoc potest, sic utiqz deus in natura humana potest quosdam producere ad salutem, quosdam ad damnationem. Vnde per Hieremiā testatur: Nūquid sicut sigulus non potero vobis facere domus Israel? Ecce sicut lumen in manu figuli, ita vos in manu mea. Non tamen iniquus est deus, quoniam nulli aliquid debet. Sed cum deus etiam multa bona impēdat peruersis & reprobis (sicut subiungit) patet quod non solum sit nō iniustus, sed etiā pius. Hebre. 13  
Psalm. 91  
David. 3 L Quod si deus volēs offendere iram. I suam. i. iustā vindictā, L & notā facere potentia suam. I. i. iustitia suæ rigorem, & potestatē in reprobis, in hac vita, vel postea vt in eis reluceat diuina iustitia, sicut in prædestinatis resplendet diuina clemētia, L sustinuit. I tamen in multa patientia. I. i. longanimitate, & multū benigne expectauit p̄ciam puerorum qui sunt, L vasa iræ apta in interitū. I. i. digna morte æterna, quoniam habent in se vitia, propter quæ deus offendit, & iratum se monstrat pœnas infligendo. Et quia impius & damnatio cedit ad gloriā electorū, Aplus subdit: L vt offendet diuitias gloriae suae. I. i. opulentissimā bonitatē suam, & copiosissimam gratiam, descendētem in vasa misericordiae. I. i. in homines misericorditer p̄destinatos L quæ p̄parauit in gloriā. I id ē, p̄ordinauit & condidit ad conquirendā heatitudinem sempiternam. In his verbis declarat Aplus (quātum ab homine capi potest, vel sciri expedīt) quæ sit cōmuniſ rō p̄destinatio-Prover. 16  
Eccl. 3 nis & reprobationis diuinæ. Quippe vt Salomon ait: Omnia propter seipsum opatus est dñs. Et in Ecclesiaste: Fecit deus opa sua vt timeatur. Ex quibus eluescit, quod deus p̄pter seipsum finaliter omnia fecit, videlicet vt sua pfectio in creaturis appareat, sic q̄ ex consideratione eaze deus glorificetur, ametur, ac timeat. Ad pfectionem aut̄ diuinæ naturæ, p̄cipue p̄tinent misericordia & iustitia. Opera aut̄ misericordiae faciunt deum amabilem, opa vero iustitiae redunt eum terribilem. Vtraq tamē faciunt eum gloriosum & honorandum. Vt ergo diuina pfectio reluceret in rebus sub ratione misericordie, p̄destinavit deus nō nullos quibus sola pietate p̄parauit gratiam viae, & gloriā patriæ. Voles quoq̄ relucere in creaturis suā iustitiā, quosdā reliquit quos dicit reprobare, quod scđm Augustinū est nolle misereri. Vnde Salomon ait: Fe-Augustini.  
Prover. 16  
Job. 21 cit deus impium ad diem malum. Et alibi dicit scriptura: In diem pditionis fetuat impius, & ad diem furoris ducetur. Veruntamē quoniam bonitas atq; pfectio dei excellentius representatur, ac splendet in electis, quam in reprobis, ideo p̄destinati, specialiter facti dicunt ad gloriam dei, iuxta illud Esaiae: Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriā meam creauit eum. Omnia hæc breuiter tāgit Aplus cum ait, quod deus offendere volens iram & potentia suā sustinuit vasa itæ, vt offendet diuitias gloriae suæ in vasis misericordiæ, hoc ē, in p̄destinatis, de quibus subiungi-Esa. 43  
Supra c. 3  
Sophon. 1  
Osee. 2 tur: L Quos & vocavit. L ad fidē & grām per p̄dicationem Aþlorū, L non solum ex Iudeis, sed etiam ex Gēribus, L ex vtroq; em̄ populo quidam ad Ch̄ri conuersi sunt, L sicut in Osee. L Propheta dicit: Vocabo. L id ē, nominabo. L non plebem meā. L hoc ē. populum Gentilem. L plebem meam. L Nam ante conuersiōnem suam erāt, non plebs mea secundum p̄sentem iustitiā, am, quāmuis secundum æternam p̄destinationem fuerint semper plebs mea, L & non dilectam. L meam. i. eandem plebem, quam tpe suæ Idolatriæ non dilexi, quantum ad culpā, vobabo. L dilectam. L meam. i. mihi dilecta, cum fidem & charitatem habuerint. Tunc enim amici erunt, L & non misericordiā consecutā. L i. gentilitatem, quæ ante Ch̄ri aduentum expers erat gratia dei, vocabo. L misericordiā consecutam. L cum gratiam Ch̄ri receperit. Hoc quod diciatur, misericordiā consecutā, constiuentur ē separati, vt sit sensus, quod plebs gentilis cum fuerit conuersa vocabitur, misericordiā consecuta. L Et erit. L i. continget quod subditur, qd etiā iamdudum constat impletum, L in loco. L id est, in terris gentilium. L ubi dictum est. L à me per seruos meos, L eis: Non plebs mea. L estis. L vos. L ð gentiles quādiu idolis deseruitis. L ibi vobabunt. L ḡtes iste ad fidē conuersa. L filij. L adoptui. L dei viui. L Quotquot em̄ receperunt eū, dedit eis p̄tatem filios dei fieri. ¶ Deinceps declarat Aplus nō omnes Iudeos incredulos esse domino salvatori. L Esaias aut̄ clamat. L id est manifeste prophetat & dicit. L pro Israel. L de saluatione Iudeorum. L Si fuerit numerus filiorū Israel, tanquam arena maris. L id ē, quāmuis populus Israel p̄ multitidine innumerabilis fuerit, L reliquię saluē fient. L id est, aliqui, numero pauci respectu aliorum, saluabuntur credēdo in Ch̄rm, sicut in primitiva ecclesia factum agnoscamus. Quomodo aut̄ saluē fient, adiecit: L Verbum em̄ consummās & abbreviās in ægrate. L hoc ē, doctrina Christi, seu verbum euangeliū, est consummans, id est, obseruātem ad perfectionem pducens, & p̄cepta legis consiliis suis perficiens & abbrevians, id est, breui sermone perfectionem includens innumerabiles legis c̄rimonias, obseruantiasq̄ excludēs in æquitate, hoc est, in approbatione & obseruantione p̄ceptorum moralium, quæ iusta sunt atque eseruanda, cum sint de actibus virtutum, L quia verbum breuiatum. L id est, compendiosum, L Esaias. L c̄t dominus. L Christus. L super terram. L Hoc verbum breuiatum, quod Christus p̄dicit in mundo, est charitatis p̄ceptum, qua deus proximusq̄ diligitor. De quo verbo dicit in Evangelio: In hoc tota lex pendet & prophetæ. Scendum vero, quod Esaias vbi p̄allegata verba inducit, loquitur de impugnatione filiorum Israel à rege Assyriorum, temporibus Ezechiæ regis Iuda, vel Osee regis Israel, vt alij asserunt. Ideo quidam dicit p̄dicta verba

Psalm. 68  
Baruch. 3Matt. 12.  
Esa. 10Sopho. 2Johan. 1Esa. 10  
Gen. 22  
Matt. 5.Psalm. 10Matt. 12.Esa. 10

Esaie ad literam intelligenda esse de filiis Israel, euidentibus manum regis Assyriorum. Sed hoc D  
 Osee. 1 nō videt, qd Aplushoc loco aptissimè ait, qd Esaias clamat pro filiis Israel qd saluant per Chrm  
 quoadmodū Oseas propheta clamat pro gētibus ad fidē cōuersis. ¶ Prēterea, quod adiungit  
 Esaie. 10 Esaias: Verbum em̄ cōsummās & abbreviās &c. est rō verbi pdicti de saluatiōe reliquias Israel  
 Hierony. p Chrm facta. Hieronymus aut, Augustinus, Ambrosius, & oēs penē doctores catholici expo-  
 Augustini. nūt hoc ad literā de verbo euāelicā legis. Ergo saluatio illa nō est intelligēda de tpali & cor-  
 Ambrosi. poral liberatiōe a rege Assyriorum, sed de saluatiōe spūali atq; æterna facta p Chrm. Vnde Hie-  
 Hierony. ronymus prophetas studiosissimus explanator, exponēdo p̄memorata verba dicit, qd Esaias  
 Esaias. 1 descripta particulari, tpali, ac figuratiua liberatiōe Iudeorū à rege Assyriorum, oculum mētis cō-  
 Augustini. vertit ad saluationē vniuersalē, spūalem, atq; perfectā per Chrm exhibitā. Et probat hoc sc̄lūs  
 Hierony. Hieronymus authoritate Apli, qd presenti caplo probat cōuerzionē reliquias Israel pdicta au-  
 Hierony. thoritate Esaiæ. Probatio aut̄ per scripturā nō valet, nisi sc̄dm sensum literalē, vt Augustinus  
 Specia. 4 frequēter cōmemorat. Et sicut pdixit Esaias in libro visionū suarū. Nisi dñs Sabaoth. i.  
 exercituū vel virtutū, p̄sertim cœlestiū, de quo angeli clamāt: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus  
 exercituū. Sc̄dm Hieronymū pro eō qd est Sabaoth, septuaginta interptes ponūt omnipotens,  
 quibus cōsonare videt, qd Iohānes in Apocalypsi verba Esaiæ inducēs, sic ait: Requiē nō habe-  
 bant, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens. Itaq; nisi dñs Sabaoth.  
 Esaias. 61 L reliquisset nobis Iudeis semen. i. reliquias in Chrm credētes, v̄c sanctos Aplos & cœte-  
 ros ex Iudaismo cōuersos, de qbus p Prophetam dicit: Isti sunt semē, cui benedixit dominus,  
 Gen. 19 L sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissimus. i. penitus dānati essemus  
 Hier. 49 propter nostrā incredulitatē, sicut perierūt habitatores Sodomae & Gomorrhæ, cū alijs trium  
 Deut. 29 virbiū habitatoribus, s. Adama, Seboim, & Segor. Quidā exponit hēc verba Esaiæ ad līam de lu-  
 dēis nō occisis à rege Assyriorum, tpe Ezechia. Sed expositio talis repellit eisdē rōnibus, q-  
 bus p̄cedēs. ¶ Mouet p̄terea Apl's dubiū, om̄i admiratiōe dignissimū. Quid ergo dicemus. i. i.  
 1. Corin. 6 cum ex verbis Esaiæ iam pateat paucos Iudeorū credidisse, & multos de gētibus, qd mirū appa-  
 Ephe. 2 rer, quid ergo dicemus ad hoc. s. L qd gētes que nō sectabant̄ iustitiā. i. gētiles Idololatrię de-  
 diti, nō obseruātes iustitiās legis diuinā seu scripta, L apprehenderunt. i. cōsecuti sunt iusti-  
 Esaias. 51 tiam, iustitiā autem que ex fide est. i. iustitiā euāelicā legis, que saluat p fidē, nō iustitiā legis  
 Mosaice: L Israel vero. i. populus Iudeorū sectādo legē. i. p̄ceptū iustitiā que in cōtri-  
 monijs & sacrificijs cōsistebat, vel, legē Moysi, vel, legē iustitiā verē & Chrianā, sectādo. i. ali-  
 qualiter imitādo, nō quia lex Chri p̄cessit, sed qd pr̄nuntiata & declarata est eis aliq modo per  
 Prophetas, sic p̄ceperūt eā sequi, p̄stolādo eā, & sc̄dm eā aliq mō viuēdo L in legē iustitiā. ve-  
 ræ & Chrianā, L non peruenit recipiēdo grām Chri per quā euāelicā adimplei iustitia. De  
 Matth. 5 qua dicit Saluator: Nisi abundauerit iustitia v̄a plus q̄ scribarū & pharisaeorū, nō intrabitis re-  
 gnū cōcelorum. L Quare? L sic cōtigit: Et r̄ndet Aplus: L Quia nō ex fide, sed quasi ex opibus. L hoc  
 est, Iudei qui querebant iustificari non virtute, & merito fidei Christi, sed per opera legis scripta,  
 Hebreo. 11 cum tamen sine fide, & gratia Christi, nemo vñquam saluari potuerit, sicut ostensum est.  
 Esaias. 8 Offenderunt em̄. i. impegerūt in lapidē offenditionis. i. in Chrm, qd bonis est lapis salutis,  
 1. Petri. 2 impījs autem est lapis offenditionis. Quemadmodum enim tendēs in via, & pede in lapidem im-  
 pingens impeditur seu retardatur in via à progressu ad terminum v̄z, sic Iudei peccando p  
 infidelitatem atq; pr̄sumptionem in Christum impingentes, retrusi atq; impediti sunt à via  
 salutis, nec peruererunt ad finē beatū. Dicitur autē Christus lapis, propter cōstatiā firmitatē.  
 Esaias. 28 L sicut scriptū est: apud Esaiā: Ecce pono in Sion. i. in pplo Iudeorū, inter q̄s cōuersatus  
 Baruch. 3 est Chrus. V elin Hierlm, & in templo vbi frequenter fuit, & docuit, L lapidē offenditionis & petrā  
 Esaias. 12 scandali. i. Christū qui occasionaliter factus est Iudei lapis offenditionis. i. peccati, quoniam cō-  
 temperunt, blasphemarunt qd eum, quēadmodum Petrus ait in Actibus: Hic ē lapis qui repro-  
 batus est à vobis & dificantibus. Factus quoq; est eis petra scādali. i. spiritualis ruinæ. Sape  
 Acto. 4 enim Iudei scandalizabantur in verbis atq; operibus Christi, non tamen nisi ex sua mera per-  
 Dar. 14 ueritate, dicentes: Ecce, homo vorax, potator vini, amicus publicano, & multa huiusmodi.  
 Barth. 11 Galat. 6 L Omnis qui crediderit in eum, L fide p̄ dilectionē operāte L non confundetur, L in æternū,  
 Daniel. 2 nec spe sua frustrabitur, sed honorificabit eum Christus cum fuerit suo tribunali oblatus. Hanc  
 Johā. 12 etiam scripturam allegat Petrus in prima sua Canonica, dicens: Propter quod continet scri-  
 ti. Petri. 2 ptura: Ecce ponam in Sion lapidem summum, angularē. Quod vero Petrus & Paulus adjici-  
 unt: Qui crediderit in eum, non confundetur, secundum translationem septuaginta inter-  
 pretum allegatur. Loco cuius, translatio nostra sic habet: Qui crediderit, non festinet. Hic est  
 Zachar. 1 lapis, qui iuxta Danielis oraculum, excisus est de monte fine manibus, De quo scriptum est  
 Esaias. 1 per Zachariam: Super lapidem vnum oculi septem sunt, quia in Christo fuerunt septem  
 dona spiritus sancti.

¶ Expositio capituli decimi, scilicet: Fratres voluntas quidem cordis mei &c.  
 Articulus decimus quartus.

Ostendit

**O** Stendit beatus aplūs affectū suū ad populū Iudeorū in p̄cedenti cap. de eoꝝ damnatione tristādo. Iā idē agit pro eoꝝ salute orādo, & ait. L Fratres, Jò vos Christifideles, L volūtas quidē cordis mei .i. desideriū animꝝ meꝝ. Sumis em̄ hoc loco volūtas pro actu volūtatis, L & obſecratio ad deū .i. inuocatio dei p̄ aliqua facra, vt cū dici-  
mus: Per incarnationē tuā libera nos. Quod genus orationis est ardētius, & ad impetrandum  
magis idoneū, quia nō proprijs, sed rei sacræ innititur meritis, L fit pro illis Incredulis Iudeis  
L in salutē, L tanq̄ in finē .i. ad hoc vt saluent. Cur aut̄ pro eis orādū fit, subdit. L Testimoniū em̄  
perhibeo illis, q̄ emulationē quidē dei .i. zelū honorandi deū L habent. Nā Christū, eiusq̄  
discipulos pesequēdo putāt se deo p̄stare obsequiū, eo q̄ putēt Iesum nō esse Christū, L sed nō  
secundū scientiā .i. zelū istū non habēt secundū verā discretionē, cuius ratio sequit. L Ignorā-  
tes em̄ iustitiā dei. Cōiter em̄ dicūt doctores, nō esse intelligendū hoc de increata dei iustitia  
qua ipse in se iustus est, sed de iustitia quā efficit in nobis p̄ fidē formatā, q̄ iustitia facit dignum  
vita æterna, eratq; Iudeis ignota, qm̄ nō putabāt hominē iustificari p̄ fidē Chri sine operibus  
legis. Videl tñ etiā de increata dei iustitia posse intelligi. Iustitia quippe vel sapientia aut simili-  
lis diuinæ naturæ perfectio dupliciter noscit. Primo, quo ad seipsum: secundo, quo ad suū effe-  
ctum. Quāvis ergo Iudei agnouerint iustitiā dei, quo ad seipsum, sciētes deū esse iustū, non ta-  
men quo ad hoīes & iustificationes ipsorū. Non em̄ arbitrabantur iustū in cōspectu dei, vel di-  
uinæ iustitiae cōgruere, vt homo per fidē & grām sine operibus legis cōſequereſ salutē, cū tamē  
hoc iustū sit ex parte dei q̄ adeo bonus est, vt decens & iustū sit eū taliter, tāq; gratiōe saluare,  
L & suā quārētes statuere .i. propriā iustitiā allegātes, & in legis carnalibus iustitijs confiden-  
tes, seq; proprijs viribus legē posse implere p̄ſumentes, Iustitiā dei nō sunt subiecti, L quia sic  
ſentiendo nec deo obediunt, nec ad iustitiā, quā fecit deus in nobis p̄ fidē configiunt, pro eius  
cōſuſione rogādo, sed cōtradicūt eidē. L Finis em̄ legis, L scripta, est L Chrūs, L q̄alex vetus dis-  
positio erat ad Christū & euangelicam legē, iuxta illud: Lex p̄dagogus noster fuit in Chro,  
& ſic Chfs eft ſiniſ ad quē ordinabāt lex ſcripta, dicit etiā ſiniſ terminās legem, q̄tū ad cārimo-  
nialia & iudicia. Dicit in ſup ſiniſ cōſummās atq; p̄ſicies legē, & eius promissa exoluēs. Vnde  
ait ſaluator: Non veni legē ſoluere, ſed implere. Et alibi q̄q; ait ſcriptura: Lex p̄ Moysen data  
eft, veritas p̄ Christū facta eft. Sic ergo ſiniſ legis eft Chrūs valens L ad iustitiā L habitualem &  
actualē iustificationē, vel ad iustitiā acquirendā & exercendā Lomini credēti, L tā ſub veteri,  
q̄ nouo testamēto. Oēs em̄ fideles per fidē ſaluatoris iustificati ſunt. Quod probat aplūs autho-  
ritate Moysi. L Moyses em̄ ſcriptis L in Leuitico atq; Num̄. L qm̄ iustitiā q̄ ex lege eft qui fece  
rit homo .i. qui legis p̄cepta ſeruauerit, L viuet in ea .i. merito huius iustitiae moriē tēpora-  
lem, quā transgressoribus infligebāt, euadet, & viuet vita naturæ, imd & tēporalia ad vitam ne-  
cessaria ſortief. Vnde & Moyses ſepius ait: Fac hoc vel hoc vt bene ſit tibi, & longo viuas tem-  
pore in terra quā dñs dederit tibi. Quod aut̄ nō vixerit homo in iusta iustitia virtute legis, vita  
gratiæ, patet ex eo qđ per Ezechiēl ait dñs: Dedi eis p̄cepta nō bona, & iudicia in qbus nō vi-  
uent. De hoc dicta ſunt multa ſuperius. L Quā aut̄ ex fide eft iustitia .i. de iustitia Chri, q̄ da-  
tur p̄ fidē, L dicit ſic L Moyses in Deut. L Ne dixeris in corde tuo .i. nec cogitare p̄ſumas, L q̄s  
ascendet in cœlū .i. nemo eft in cœlū ascendere poterit. Noli ſic cogitare, qm̄ L id eft Chri-  
ſtū deducere .i. ſic & ſtimare, eft dicere qđ nec Chrūs ascendit, ſicq; eū deducis ad inferos ſicut  
& cāteros mortuos, & ita pertineres ad eos, de qbus ait in psalmo: Posuerūt me in lacu inferio-  
ri, in tenebris & in umbra mortis. Sed nec dixeris in corde tuo. L Aut quis descendit in aby-  
ſum? .i. in infernū ſeu lymbum. Quasi dicas, Nullus descendit. Noli hoc dieere, quia L hoc eft  
Christum à mortuis reuocare .i. hoc eſſet dicere, q̄ Chrūs pro hominū liberatione nec mor-  
tuus eſſet, nec ad inferos descendisſet. Si em̄ nullus descendit, opus nō fuit Christum mori atq;  
descendere. Hāc expofitio glossæ ſumpta ex sanctis doctoribus, Lyra non placet. Ait em̄ cir-  
ca hunc locū, q̄ iſta expofitio in nullo concordare videtur cū ſcriptura Deuteronomij allegata  
nec cū litera ſequēti. Ipſe ergo expofitum hoc modo, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœ-  
lum, negatiue, id eft Christū deducere. i. dicere q̄ nō dū venit in mundū, adductus p̄ obedien-  
tiā patris. Aut quis descēdit in abyſum, negatiue loquēdo, hoc eft Christū ex mortuis reuoca-  
re. i. dicere q̄ nō fuit mortuus neq; surrexit. Hanc expofitionē probat per literā ſequēti. Quia  
ſi cōſitearis in ore tuo dñm Iesum venisse in mundū, & in corde tuo credideris q̄ deus illū ſufci-  
tauit à mortuis, ſaluus eris. Hāc probatio bona eſſet, ſi verba iſta immediate iungerentur ver-  
bis p̄dictis. Veꝝ, qm̄ interponunt alia verba cōplura, videlicet. Sed quid dicit ſcriptura? Pro-  
pe eft verbū in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eft verbū ſidei qđ p̄dicamus. Et ſubdit: Quia ſi con-  
ſitearis in ore tuo, &c. Ex quo patet insufficiētia probationis. Deniq; q̄tū capio, melior & ver-  
bis Moysi cōſonantior eft expofitio glossæ q̄ Lyra. Et (vt veritas certius eluceſcat) ſciendū q̄  
Moyses hāc verba inducit ad auferendū impossibilitatē & excuſationē de obſeruātia legis per  
ipſum dataꝝ. Sicut nanq; habet translatio nřa, videlicet translatio Hieronymi, Mandatū hoc qđ Hierony.  
ego p̄cipio tibi, non ſuprate eſt, nec procul poſitū, nec in cœlo ſitum, ut poſſis dicere: Quis no-

strum valet ascendere in cœlū, ut deferat illud ad nos, neq; trans mare positiū, ut dicas: *Quis ex nobis transire possit mare, sed iuxta est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, ut facias illū i. iā vobis data est lex, & in tabulis scripta dixit dei, ideo de eius omissione ac transgressione excusationē non habetis.* Dicit itaq; Lyra, quia Deuteronomiū figura erat nouæ legis, idcirco aplus iam allegat scripturā hanc figurā de noua lege, ad cuius custodiā oēs tenent, videlicet ad excludendū excusationē de suaricatione nouæ legis. Sed huic obuiare videſ qd nunc dicit aplus, Moysen p̄inducta verba dixisse de iustitia fidei. Est ergo pensandū, q̄ scriptura sacra nō semp allegat secundū sensum totale, pfectū, seu integrū, q̄a in eadē autoritate scripturā multe particulares sententiæ includunt, & ita scriptura talis allegari p̄t per determinationē ad sententiās particulares inclusas. Sic agitur in p̄sentī. In p̄dicta em̄i scriptura includit secundū intentio nē Moysi, aliquē posse in cœlū ascendere, & in abyssum descendere. Sed hoc credere p̄tinet ad iustitiā fidei. Ideo bene ait aplus, Moysen ista differuisse de iustitia fidei etiā ad literā, q̄ si qs di xerit impossibilia esse, derogat Ch̄ro, q̄ descēdit ad inferos, & ascēdit in cœlos, ob id Moyses Acto. 1. Deute. 30. Luce. 24. Johān. 5. Hier. 3. Matt. 10. Iohān. 5. EPIS. Dani. 6. Roma. 3. Act. 15. Esal. 28. Ro. 9. Act. 10. Hester. 13. Juditb. 9. Psal. 144. Iohelis. 2. Heb. 11. Iohān. 4. 2. Lop. 12. Dionys. 2. Luc. 21. Esa. 12. Naum. 1. xerit impossibilia esse, derogat Ch̄ro, q̄ descēdit ad inferos, & ascēdit in cœlos, ob id Moyses prohibet dicere, *Quis ascēdit in cœlū?* Sed qd dicit scriptura: *In Deuteronō, de iustitia fidei.* Erit̄, *Prope est verbū* i. sermo salutis, fidei q̄ doctrina, *In ore tuo* ad loquendū, & in corde tuo ad credendū. Iā em̄i deus oībus obtulit verbū salutis, *Hoc est verbū fidei qd pdi camus.* i. verbum istud, qd (teste scriptura) prope est tibi in ore & corde, est verbū Christi, vel scriptū de Christo, quēadmodū ipse in Euānge:lo loquit̄: *De me ille, s. Moyses, scripsit, quod nos apostoli euangelizamus, dicētes.* Quia si cōfitearis, *ð Christiane seu homo quicūq;* in ore tuo dñm Iesum, *esse regē Messiā, & filiū dei corā hoībus, etiā corā infidelibus, si ratio exigit.* V el si solus es corā deo, & in corde, i. in intellectu tuo, qui est fidei subiectum, crederis, fide formata, q̄ deus p̄t vel trinitas illū suscitauit à mortuis, saluus eris, salute perpetua, de qua ait propheta: *V ere in dñō deo nostro salus Israel.* Ch̄rūs em̄i testatur: *Qui me cōfessus fuerit corā hoībus, cōfitebor & ego eū corā patre meo.* Et Iohānes: *Quis est qui vincit mundū, nisi qui credit, qm̄ Iesus est filius dei?* Deinde ostendit Aplus, q̄ vera iustitia habetur Exercetur per fidē. Corde em̄i creditur ad iustitiam, i. corde credendo tendit seu proficit homo ad iustificationis adēptionē vel augmentationē. Credēdo em̄i meretur homo peccati remissionē, gratiæ infusionē, iustitiæ exercitationē. Fides aut̄ informis disponit ad h̄c. Fides vero formata, i. charitati vñta, auget ac perficit ista. Per fidē em̄i habitat Ch̄rūs in cordibus nostris secundū aplm. Secundū Luā quoq; deus fide purificat corda hominū, ore aut̄ cōfessio fit ad salutē, & ternā adipiscendā. Quia (vt dictū est) per cōfessionē Christi p̄dictā meretur hominū, cōfessio quippe oris, est effectus fidei cordis, quēadmodū oratio vocalis, esse qui credit in illū, non cōfundet. Hoc in fine p̄cedentis cap. expositū est. Non em̄i est distin- cōcio ludāi & Grāci, i. gentilis fidelis, quantū ad consequitionē salutis & gratiæ Ch̄ri. In omnī em̄i genere, q̄ timeret deū & opera iustitiae, acceptus est deo, apud quē non est personæ acceptio. Ideo oēs generaliter saluant & iustificant p̄ fidē. Nā idē dñs omniū, rōne generalis dominij, de quo scriptum est: *Dñe rex omnipotens in ditione tua cūcta sunt posita.* Et alibi: *Deus ccelorū, creator aquarū, & dñs totius creaturā,* diues in oēs qui inuocant illum, i. omniū bonorum atq; pulchrorū, ac desiderabiliū opulentia plenus, sufficiens ditare oēs, qui intimo coris affectu eius pietatem implorant, imō indesinēter ditans huiusmodi. Prope em̄i est dñs omnibus inuocantibus eū. Omnis em̄i quicunq; inuocauerit nomen dñi, i. ipsum dñm nomine designatū, saluus erit, modo in spe per grām, postmodū in re p̄ gloriā, si tamen perseverant, ac rationabilē inuocet. Hoc apud Iohelem em̄i scriptū est. Deinceps probat, q̄ adeptio salutis per inuocationē p̄ supponit fidem. Quomodo ergo inuocabūt eum, scilicet deū vel Christū, in quē non crediderunt? Nequaq; inuocatio em̄i fidem p̄ supponit, sicut alibi dicit Aplus: Accedētē ad deū oportet credere. Sed videſ obuiare, qd ait saluator Samaritanus: *V os adoratis qd nescitis.* Et respondētū, q̄ Samaritani nō habuerūt fidē, quæ est virtus theologia, sicut nec hæreticus discredens in uno articulo fidei, nō em̄i receperūt libros prophetarū, propterea nec veraciter adorauerunt. Unde Ch̄rūs adiecit: *Eos qui adorant in spū & veritate adorare oportet.* Aut quō credent ei, scilicet deo, quē nō audierūt, i. de q̄ nihil dictū est eis. Fides em̄i est ex auditu. Nā (teste philosopho) auditus est sensus disciplinæ. Cū ergo fides non habeatur nisi per r̄euelationē alterius, oportet vt primū audiatur, vel per loquitionē internam ab angelo, vel per loquitionē exteriorem ab hoīe. Quomodo aut̄ audient sine p̄dicante? i. annuntiantē. Loquitur aut̄ Aplus de auditu exteriori per hominē, quia hoc modo cōmuniter adducti sunt homines ad fidem. Nihilominus secundū Dionysiū quidā gentiliū solo angelose ministerio ad fidem cōuerſi sunt. Quomodo vero p̄dicabūt, i. qua authoritate vel effica cia p̄dicatiōis officiū assumēt vel exequent̄ hi, p̄ quos alijs cōuertēdi sunt, nisi mittant̄, à deo qui det eis os & sapientiā, miraculorumq; grām. Actus nāq; p̄dicandi p̄supponit authoritatē officij, ideo oportet vt à deo vel eius vice gerente p̄dicator verbi dei mittat. Sicut scriptū est, Quam

- A Quàm speciosi pedes euangelizantiū pacem, euāgelizantiū bona. i. valde deōri sunt pedes & gressus atq; affectus ap̄lōr̄ p̄diciantū reconciliationē mundi factā p̄ Christū, & bona seculi futuri, q̄ oculus non vidit, nec auris audiuit. Hoc ad literā dictū est de p̄dicatione euāgelicæ legis per ap̄lōs, qbus dixit saluator: In quācunq; domū intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Nostra tñ translatio cōtinet sic: Quàm pulchri sup̄ mōtes pedes annūtiantis & p̄dicantis pacē, annūtiantis bonū. Ponit em̄ Esaias singulare loco pluralis. L Sed non oēs obediūt euan gelio. i. annūtationi nr̄e de Christo fidē recipiendo. L Esaias em̄ dicit: Dñe, quis credidit auditui nostro? i. mysterijs Christi, q̄ ego, alijs prophetæ sp̄ sancto audiūmus, & alijs audienda proponimus. Tanq; dicat, Pauci credent. Hoc tamen ad literā de populo Iudæor̄ p̄di cōtū est, quoq; pauci cōuersi sunt. Vnde in Iohāne legit: Cū tanta signa fecisset corā eis Iesus, nō credebant in eū, vt sermo Esaiæ implere f̄ quem dixit. Dñe, quis credidit auditui nostro? L Ergo fides. L est L ex auditu. Itam eius qui in fide instruitur, quē oportet audire p̄dicanter̄ q̄ eius qui p̄dicat, quē oportet audiri. L Auditus aut̄ L qui ad fidē exigitur, est L per verbū Ch̄ri L quod venit ad aures corporis, & aperit aures mentis. Nisi em̄ proponeretur verbū dei, nō esset auditus, fidem dispositiue inducēs. Ipse vero habitus fidei, nō est nisi à deo per creationē. L Sed dico, L interrogādo vt magis apte respondeā. L Nunquid nō audierunt? L p̄dicationē Euāgeliū, qui obediēre noluerūt? Quasi dicat, Vt ieq; audierūt, qđ probat authoritate Psalmistæ. L Et quidē in omnē terram L Iudææ, vel in principales plagas terra L exiuit sonus eoī. i. p̄dicatione ap̄lōr̄, L & in fines orbis terra L exierūt verba eoī, L quia vbiq; p̄dicauerūt apostoli per se ipsos & suos discipulos, vt patet in diuersis legēdis & historijs. Iohānes quippe impleuit Christi ecclesijs Asiam, Petrus Italijā, Andreas Achaiam, Matthæus Aethiopiā, Thomas Indiā, Bartholomæus Armenia, Paulus totū pene orbē. Hinc em̄ scriptū est: Parauit dñs brachiū sanctū suū in oculis omniū gentiū. Et: Viderūt oēs termini terræ salutare dei nostri. L Deinde ostēdit inexcusabilitatē Iudæor̄. L Sed dico, L quā rēdo, L Nunquid Israēl i. populus Iudæor̄ L non cognouit. L Christū & eius doctrinā? Probat aut̄ Ap̄lus qđ vt ieq; cognouerūt. L Primus Moy ses i. prophetæ p̄cipiūs, & eius qđ iam subdit̄ primus assertor, L dicit L in Deut. L Ego ad æmulationē vos adducā, in non gentē, in gentē insipientē, in iram vos mittā. L Translatio Hieronymi talis est, Ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo. L Loquitur aut̄ in persona dei, vt sit sensus, Ego ad æmulationē i. inuidiā vos Iudæos adducā, non efficienter, sed permisissime, qđ p̄ prophetā dico. Prophetæ cū errauerit, ego dñs decepi prophetā illū, in non gentē. i. gentiles, ita q̄ eis inuidiebitis cū receperint libros prophetar̄ ac legis, & in Christū crediderint, sicut iā diu cernimus adimpletū, in gentē insipientē. i. idola colentē, qđ est summa stultitia, & diuinor̄ cognitionibus destituta. L Dicunt aut̄ gentiles, nō gens. Primo, qm̄ tēpore suæ idolatriæ nō pertinebant ad deū, nec erāt plebs eius. Secūdo, q̄a ob vitæ suæ utilitatē à Iudæis reputabant̄ vt canes. Nā Chrūs assertit: Non est bonū sumere panē filior̄, & mittere canibus. Et Moys: Proīscietis ea canibus. Vbi p̄ canes significant gentiles. Velsic, Ego ad æmulationē i. inuidiā contra Christū vos inducā in non gentē, in gentē insipientē. i. ita vt derelicti à me propter vestrā malitiam, efficiamini non gens mea, & populus stultus. In itā vos mittā. i. in indignationē & iracundiā cōtra Christū & eius discipulos mitti à dæmone permittā. Vel, in iram. i. in vindictā iustitiæ meæ, videlicet in poenā vobis à Romanis inflictā, mittam vos, effectiue propter peccata in Christū commissa. L Post hāc ostendit Ap̄lus authoritate Esaiæ Iudæor̄ exc̄cationē propter suam cōtra Christū perueritatē, & gentiū illuminationē. L Esaias aut̄ audet. i. audacter se habet p̄nuntiando cæcitatē Iudæor̄, illuminationemq; gentiū. Ex qua p̄nuntiatione imminebat ei persequitio à Iudæis sui tēporis, imò & periculū mortis, L & dicit. L in persona Christi. L Inuentus sum. L per fidem & cōtemplationem, L à gentibus, qui me nō requirebant, quousq; misi ad eos apostolos meos, & ita eos misericorditer p̄ueni, L palā, L nō per speciē, sed per fidē illuminatā, per scripturas & signa. Lapparui his, qui me nō interrogabant. i. p̄dictis gentibus, qui nō sc̄icitarabant ab alijs, quomodo possent venire ad me. L Ad Israēl autem. i. populum Iudæor̄ L dicit. L Esaias cap. p̄memorato in Christi persona. L Tota die. i. assidue eo tempore, quo inter Iudæos cōnuersabar ac docui, L expandi manus meas corporales ac sp̄iales. L ad populum nō credentem & cōtradicentem mihi. L ingratos, perfidos, atq; blasphemos Iudæos, quibus varia beneficia sp̄ualia & corporalia p̄bui, esurientes alendo, & gros sanando, ignorantes docendo, & tandem in cruce pro eoī salute brachia extendendo. Quia hoc loco dicit Apostolus, Israēl, seu Iudeos cognouisse Christū, cōsiderando qđ hoc intelligē dum sit. Quidam igitur dicunt quod legisperiti sciuerunt eum esse Christum, propter miracula & scripturas. Vnde Nicodemus legisperitus dixit: Scimus quia à deo venisti magister. Nemo em̄ p̄t hāc signa facere q̄ tu facis, nisi fuerit deus cū illo. Ex inuidia ergo auerterunt populum, ne crederent eū esse Christū. Glossa vero affirmat Iudeos sic cognouisse, vt nec rōne nec authoritate contradicere potuerint, sed nō vere cognouerunt, ita vt mēti eoī bene sedet. Thomas

dicit (de cuius dicto s̄epe miratus sum), idē dicit Ambrosius, q̄ certe nouerunt eū esse Christū D  
 in lege promissum ut hominē, sed nō cognouerūt naturā eius diuinā. Vix cū Petrus apostolus  
 Acto. 3 apertissime dicat: Fratres, scio quia p̄ ignorantia peccatis, sicut & principes vestri. Et Paulus  
 1 Corin. 2 Si cognouissent (inquit) nunq̄ dñm gloriae crucifixissent. Chrūs quoq; phariseos redarguit, q̄  
 Mart. 16 Si cognouissent (inquit) nunq̄ dñm gloriae crucifixissent. Chrūs quoq; phariseos redarguit, q̄  
 Dñs. 9 eius aduentū nō cognouerūt ex vaticinio Danielis, q̄ tēpus illud determinauit: Faciē (inquit)  
 cclii iudicare nostis, signa autē tempore nō potestis. Vnde secundū Augustinū, diuino modera  
 mine factū est, vt prius Christi aduentus esset occultus, qm̄ si manifestus fuisset, nemo illū iudi-  
 care aut occidere p̄sump̄isset. Hinc igit̄ puto Iudeos sic agnouisse Christū, sicut cognouerunt  
 diaboli, qui à principio nativitatis vsq; ad horā passiōis, nunq̄ habuerūt certā & stabilem de Chri-  
 sto notitiā, sed cōiecturalē, nutantē atq; ambigūā. Interdū em̄, visis aliquibus mirabilibus Chri-  
 tū dixerunt: Scimus quis sis. Et: Iesu fili dei, qd venisti torquere nos? Interdū vero visis humilita-  
 tibus & p̄nibilitatibus eius, estimauerunt eū nō esse Christū. Propter qd morte eius procura-  
 Matt. 4 uerunt. Ita Iudei qñq̄ verisimiliter suspicabātur eū esse Christū, vt cū dixerunt: Si tu es Chrūs,  
 Joban. 10 dic nobis palā. Quandoq; autē scandalizabātur in verbis, factis ac passionibus Chri-putātes eū  
 non esse Christū. Tandē vero, p̄ualente inuidia, & sacerdotū ac legisperitorū persuasione po-  
 pulū auertente, pene oēs opinati sunt eū nō esse Christū, dicētes concorditer: Sanguis eius sup  
 Matt. 27 nos & super filios nostros. Et: Si nō esset hic malefactor, non tradidissemus eum.  
 Joban. 18 ¶ Elucidatio Cap. XI. scilicet, Dico ergo: Nunquid repulit deus  
 populum suum? Art. XV.

**D**e reprobatione Iudeorū iam multa cōmemorauit aplūs, ne ergo ex hoc gentiles oc-  
 casione acciperēt spēnēndi ac insultandi Iudeos, ostēdit aplūs genus Iudeorū non  
 oīno esse abiectū. ¶ Dico ergo, per modū interrogātis, vt alioq; q̄stioni respōdeā.  
 ¶ Nunquid repulit deus populu suū? ¶ Nunquid oīno abiecit Iudeos? ¶ Absit. Nā &  
 ego. ¶ Paulus aplūs I Israelite sum. natus ex semine Abrahā, de tribu Beniamin, filiū Iacob.  
 ¶ Nō repulit. i. nō dimisit, sed gratiōse vocauit L deus plebē suā (Iudaicā) quā p̄sciuit. per ap-  
 probationē. i. quā p̄destinavit ad vitā, videlicet aplōs & alia multa milia Iudeorū. Ethoc decla-  
 rat aplūs per simile, quod contigit sub Helia. ¶ An nescitis. i. scire & considerare debetis. Lin-  
 g. Reg. 19 Helia. i. de Helia propheta, l quid dicit scriptura, quēadmodū interpellat. i. ad iudicādūm  
 inuocat L deū. zelo iustitiae, non affectu inuidiae, l aduersus Israel. i. decē tribus idololatriæ  
 deditas, dicēs; L Dñe, prophetas tuos occiderūt. tēpore Achab & Iezabel. Quoniā reprehēde  
 runt idololatriam eorū, l altaria tua suffoderunt. i. funditus destruxerūt, ne remanerent loca  
 cultus diuini. Solebant autē filiū Israel etiā boni, immolare in excelsis seu locis sublimibus cōstru-  
 3. Reg. 5 etis illic primo altaribus, l & ego relictus sum solus. l cultor tuus. Putabat nāq; Helias om̄es bo-  
 nos in Israel fuisse occisos, p̄serrim prophetas: nesciens quō Abdias procurator Achab abscon-  
 disset centū quinquaginta prophetas in speluncis. Spūs em̄ prophetiae, nec semp, neq; de omni  
 3. Reg. 18 bus simul illuminat corda prophetarū: quia & donū prophetiae nō inest per modū habitus. Vn  
 de cū David dixisset ad Nathan prophetā, quō vellet adificare domū dñi, statim respondit:  
 2. Reg. 7 Omnia quē sunt in corde tuo fac. Quod paulo post deus prohibuit. Helisaeus quoq; de muliere  
 Sunamite loquens: Anima eius (inqt) in amaritudine est, & dñs celauit me. Propterea dicit Gre-  
 gorius, q̄ prophetae ex magno v̄l prophetādi, quādā dixerūt per sp̄m propriū q̄ putabant se  
 4. Reg. 4 dicere per sp̄m prophetiae. Hoc tñ de scripturis prophetarū veritatē nō habet: qm̄ nihil scrip-  
 tis illuc sp̄m sanctū, l & querūt animā meā. i. vitā meā extinguere querit, lezabelem cū  
 suis ministris quererebat Helia occidere. l Sed qd dicit illi. Helia l diuinū responsū. l tollens  
 5. Reg. 19 eius errorē. Deinde ponitur responsio dei. l Reliqui mihi. i. ad gloriā nominis mei ab idolola-  
 tria p̄seruaui, l septē milia viros. l Hoc dicitur, vel quia tot erant determinate, vel ad designā  
 dū vniueritatē bonorū relictorū. Per septenariū em̄ vniueritas, per millenariū vero perfectio  
 designatur. Porrò de mulieribus, & his qui infra annū vicesimū erant, deū colentibus, nō sit mē  
 Aut. 1 tio secūdūm cōsuetudinem Hebreorū, qui nec pueros nec foeminas soliti sunt numerare. Hi ta-  
 men forsan plures fuerunt, q̄ viri: maxime, cū foeminae soleant esse deuotiores viris, l qui non  
 curuauerūt genua (sua) ante Baal. l deū Achab & Iezabel. l Sic ergo & in hoc tēpore. l noue le-  
 6. Ezecl. 46 gis, & primi adūetus Christi, seu p̄dicationis aplōs, de quo scriptū est: Ecce nūc tēpus accepta-  
 bile, l reliquiā. i. aliqui pauci ex multis deo relicti. i. à deo cōseruati, l secūdūm electionē gra-  
 tiae. i. per gratiosam electionē, vel per grām ex diuina electiōe procedēte, l salutē facta sunt. l  
 2. Ez. 6. i. liberatae, vocatae, & iustificatae per Christū. l Si autē gratia. i. si per gratiā salutē hanc conse-  
 quut̄ sunt. l iam nō ex operibus. i. non propter merita propria sunt saluatae. Ideo dicit alibi  
 Tit. 3 Aplūs: Non ex operibus iustitiae quā fecimus nos, sed secūdūm suā misericordiā saluos nos fe-  
 cit. Et Chrūs: Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. l Alioquin grā iam nō est grā. i. si dicā  
 tur salutē facta ista reliquiā per grām & etiam propter merita, tunc grā nō erit gratia, quia nō  
 Roma. 4 gratis p̄stat, sed erit debitū. Dictū est em̄ supra: Et qui operatur, merces non imputat secun-  
 dum gratiā, sed secundū debitum. l Quid ergo. l restat concludendum ex his: Hoc vtiq; quod  
 subditur

A subditur. Quod c̄rebat Israēl, i. cōis & maior pars Iudæor̄, hoc nō est cōsequutus, vide  
 licet saluationē verā p̄ Christū, electio aut̄, i. p̄dictio electa reliquæ, consequuta est lgrām  
 ista. Ceteri vero Iudæor̄ excæcati sunt corde, sicut scriptū est: Dedit non influendo  
 malitiā, sed p̄mittēdo eandē, lillis excæcati Iudæis, deus sp̄m cōpunctionis. i. animū inui  
 diosum eos p̄gente ex inuidia Ch̄fi ac Christifidelium, deditq; eis hoc modo oculos interio  
 res, vt nō videant, i. rationē obtenebratā, ne Christū & eius mysteria intelligat, & aures  
 cordis, vt nō audiāt, obediēter p̄dicationē Euāgelij, vsq; in hodiernū diē. Hæc dictio, vt,  
 tenet hic cōsecutiue, nō causaliter. Nostra trālatio cōtinet sic, Audite audītes, & nolite intelli  
 gere: & videte visiones, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius &c. Et Dauid dicit  
 in psalmo. Fiat mēsa eos corā ipfis inlaqueū, i. mēsa Iudæor̄ illaqueet eos. Quod & factū  
 est. Siue p̄ mēsam intelligat sacra scriptura, quā Iudæi carnaliter intelligēdo, laqueo dēmonum  
 strangulatur. Siue mēsa, quā Ch̄ri crucifijo fecerūt, offerētes ei acetū & fel. Propter quā men  
 sam meruerūt illaqueari. Vnde p̄dictis verbis p̄posuit Dauid in Ch̄fi persona: Et dederunt ini  
 escam meā fel &c. Potest q; per mēsam intelligi corporalis mēsa Iudæor̄, q; post Ch̄ri ascē  
 sionē cōgregati sunt in Hierusalē, vt pascha celebrarēt & epularētur, & anteq; egredērent, à Ro  
 manis obſessi sunt. Quælibet har̄ mēsa facta est eis, & in captionē, qua capti sunt ab inuifi  
 bilibus ac visibilibus hostibus, s. dēmonibus q̄tū ad animā: & Romanis q̄tū ad corpora, & in  
 scandalū, i. ruinā de uno pctō in aliud, & in retributionē illis, aliaq; pcenaq; ipfis inflictare  
 in vltionē sanguinis Ch̄ri. Obscurēt oculi eos (interiores) ne videāt, i. lumine fidei priuē  
 tur, ne suū errorē aut Ch̄fi veritatē intelligat, & dorsum eoq; affectum, q more dorsi onera  
 cordis portat, semp incurua, à rectitudine iustitiae atq; amore cœlestium ad ista terrena. Vel,  
 dorsum eoq; semp incurua, i. seruituti alioq; subiace eos; sicut iā cernimus factū, quia Iudæi vbiq;  
 seruiunt alijs. Sic em̄ in psalmo habet: Diuertit ab oneribus dorsum eius. Dico ergo: Nungd Psal. 80  
 sic offenderūt excæcati Iudæi, vt caderent, à statu salutis, videlicet vt ex eoq; pctō nulli fe  
 quatut vtilitas. Absit. Nō enim permitteret deus mala, nisi aliqua bona cōsequerētur ex eo.  
 Sed illoq; delicto, i. Iudæor̄ obstinatio atq; pfidia, salus est gentibus, i. occasionē salutis  
 gētilibus p̄buit: quia Iudæis p̄dicationē Ch̄ri, & ap̄lor̄ sp̄nētibus, facta est iusta ad gētes trā  
 migratio, prout in actis Paulus Barnabasq; dixerūt: Vobis oportebat primū loqui verbū dñi,  
 sed q̄a repulisti illud, ecce cōvertimur ad gētes. Sic em̄ p̄cepit nobis dñs, vt illos æmulētur  
 i. quatenus Iudæi imitenf gentiles ad fidē conuersos, exemplo eoq; fidē amplectendo, sicut iā  
 particulariter factū est, & circa finē seculi generaliter fieri, cū venerit Helias & restituerit omnia  
 Quod si delictū illoq; i. incredulitas Iudæor̄, diuitiæ sunt mūdi, i. occasio spūalium dñi  
 tiarū, videlicet cœlestiū gratiaq; gentiliū, sicut iam dictū est, & diminutio eoq; i. si depau  
 peratio vel paucitas Iudæor̄ ad fidē cōuersor̄, puta apostoli, diuitiæ (sunt) gentiū, i. instru  
 mētales cause, per quas spūaliter ditata sunt gētes, participādo copiosa munera ḡr̄ Christi,  
 quāto magis plenitudo eoq; i. omnimoda & plena cōversio Iudæor̄, in fine mūdi futura,  
 vtilis tūc erit alijs. Bonū em̄ est potior causa boni, q̄ malū. Vobis em̄ dico gētibus ad fidē cō  
 ueris, q̄dū quidē ego sum gentiū apl̄us, i. ad gentiū cōversionē specialiter deputatus. Sicut  
 dñs aiebat ad me: Wade, q̄a ad gētes longe mittā te. Hoc aut̄ fuit toto tēpore p̄dicationis meæ,  
 ministeriū meū honorificabo, i. apostolatus mei officiū. s. actum p̄dicationis reuerēter im  
 plebo, faciendo vltra debitū, intendēdo videlicet nō gentium solū, sed & Iudæor̄ conuersioni  
 si quo modo (i. aliquo modo) ad æmulandū fidē meam p̄rouocem, verbis, signis ac mo  
 ribus carnē meam, i. Iudæos mihi carnali affinitate cōiunctos, & saluos faciam, dispo  
 siue ac instrumētaliter aliquos ex illis. Scio em̄ me nō omnes posse conuertere, cū hoc in fi  
 ne mundi futurū sit. Si em̄ amissio, i. perditio, eoq; reconciliatio est mūdi, i. gentiliū occa  
 sionaliter, quæ assumptio, i. quis erit fructus elector̄ Iudæor̄ ad fidem, nisi vita ex mor  
 tuis, i. spiritualis viuificatio gentium, à morte peccati resurgentium, per p̄dicationem ele  
 ctorum Iudæorum, videlicet apostoloq;. Magis em̄ proficere debet electorum assumptio, q̄  
 reproborum repulso. Deniq; quod Iudæi quandam habilitatem habeant ad cōuercionem,  
 nec de eis desperandum sit, manifestat Apostolus per similitudinem delibationis & massa, ra  
 dicis quoq; & rami. Delibatio autem est modicum quid de re aliqua sumptū, ad experientum  
 valorem totius. Itaq; ait. Quod si delibatio sancta est, i. si parvus ḡrex ex multitudine Iudæo  
 rum ad gratiam dei assumptus, videlicet ordo apostoloq; & alioq; ex Iudaismo creditum,  
 sanctus est, & massa, i. tunc etiam tota multitudine poterit sanctificari. Et si radix sancta,  
 i. cum ipsi patriarchæ & prophetæ, de quibus velut de radicibus pullulavit plebs Iudæor̄, fue  
 rent sancti, & rami, i. nati ex eis poterunt sanctificari. Hæ ergo similitudines intelligendæ  
 sunt, quantū ad potentiam seu aptitudinem, non quantū ad actum, quia & delibatio, massa, radix &  
 ramus non cōueniunt hominibus, nisi metaphorice. Deinceps apostolus reprimit gentes à  
 cōtemptu Iudæorum, eo q̄ gentes per fideles Iudæos cōuersi sint. Quod si, i. quāvis aliqui  
 ex ramis, i. populo isto ex patriarchis nato, fracti sunt, i. à fide & gratia patriarchar̄ alie- Datt. 26  
 E 3 nati

nati ac mortui, L tu aut̄ gentilis L cū oleaster es̄es. I. propter p̄fā tua, similis oliuæ sylvestri,  
D amar̄ ac sterili L insertus. I. diuina miseratioe incorporatus atq; p̄ grām adunatus L es in illis. I.  
i. in ramis sanctis ac statib; apostolis, cæterisq; electis Iudeis. V el, in illis. I. loco ramos fra-  
ctorum, L & socius radicis. I. collega & cōfors seu particeps patriarchar̄, imitādo fidē ipsor̄,  
Psal̄. 11. I. pinguedinis oliuæ. I. socius spūalis opulētia, cōsolatiōis & grāe aplōe seu electore Iude  
Petri. 1. orū, q̄b̄ quilibet erat sicut oliua fructifera, in domo dei L factus es. Noli gloriari L inaniter & su  
perbe L aduersus ramos fractos, I. infideles Iudeos, q̄si non possent reparari. L Quod si gloria-  
ris L cōtra illos inaniter, ecce dico tibi verbū, per qd poteris errorē tuū aduertere, L nō tu radi-  
cē. I. plebē Iudaicā L portas, L ea sustentando aut roborādo, L sed radix. I. plebs ista portat  
L te, L docēs ac roboras te in via Ch̄i. Gentiles enim ex Iudeis spūaliter nati sunt, recipiēdo per  
eos fidē & Euāgeliū Ch̄i, idcirco nō debēt insultare Iudeis. Deinde aplūs soluit obiectionē  
gentiliū arguentiū se posse gloriari cōtra ramos fractos, quāvis nō cōtra radices, ramosq; frātes.  
L Dicis ergo L tu gentilis, L Fracti sunt rami. I. Iudei à grā exciderūt, L vt ego inserar L secundū  
Esa. 7 modū iam declaratū. L Bene. I. ita sit, & vē dicis. Nā L Propter incredulitatē L suā & cordis  
obstinationē L fracti sunt, tu aut̄ fide, L virtute & merito fidei tibi cōcessae L stas L corde erectus  
ad deū. Verunt̄ L Noli altū sapere. I. superbit, vel de teipso sublimiter qd sentire, p̄ferendo  
te illis, q̄si tu tm̄ dilectus sis deo, vt deus pmiserit illos frangi, quatenus tu inseraris. Illi em̄ fracti  
sunt directe & p se, propter suā incredulitatē, sed propter tuā insertionē fracti sunt indirecte  
& occasionalr̄, L sed t̄ime L iudicia dei, filiali ac casto timore. Hoc qd dictū est, Noli altū sapere,  
quidā allegare solēt aduersus studiosos, q̄ libros difficiles & profundos legere solent, nō intelli-  
gentes mente apostoli, neq; p̄fantes formā & finē introductiōi horū verborū. Aliqui tamen  
Psal. 130 ambulāt in mirabilibus sup se, qbus melius esset circa proprietū vitiōs eradicationē, atq; dñi-  
cæ passionis meditationē occupari assidue. Cur aut̄ gentilis cōtra Iudeū superbitē nō debeat,  
subdit. Matt̄. 8 Si em̄ deus naturalibus ramis. I. Iudeis filiis prophetar̄ ac patriarchar̄, q̄ ratiōe ori-  
ginis videbant̄ specialiter ptinere ad numerū electorū, qui à Ch̄i appellati sunt filii regni, L nō  
pepercit, L sed eos propter superbiā dereliquit & spreuit, vide L ne forte nec tibi parcat. L q̄ alie  
nigena eras & oleaster. Ex p̄inductis inserti aplūs saluberrimā admonitionē. L Vide ergo L d̄ ḡe  
tilis Christiane, i. diligēter cōsideral̄ bonitatē. I. misericordiā L & saueritatē. I. rigorē iusti-  
tiae L dei, L vt dicas veraciter cū Psalmista: Misericordiā & iudiciū cantabo tibi dñe. Etrursus:  
Psal. 100 V niuerſe via dñi misericordia & veritas, L in eos quidē q̄ crediderūt L peccādo & p̄cēna debi-  
tā sustinēdo. I. in Iudeos, vide L saueritatē. I. districtā dei iustitiā, qua illos iuste reliquit, L in  
aut̄ ad Christū cōuerso, vide L bonitatē dei. I. clementiā dei, L si pmanseris in bonitate. I. in  
bona & virtuosa cōuersatione. L Alioquin & tu excideris à mystico corpore Ch̄i, atq; à ra-  
dice ac oliua p̄dictis, erisq; stirps inutilis, & igni traderis. Cū ergo ignorēmus an permāseri si  
Johan. 15 mus in bonitate, oportet nos semp̄ esse timoratos atq; sollicitos, attendētes & vigilāter imple-  
tes illud Deut. Custodi temetipm, & animā tuā sollicite, & ne obliuiscaris verbō dei tui, cūctis  
Deute. 4 diebus vita tua. L Sed & illi, L fracti rami, infideles Iudei L si nō permāserint. L finaliter L in in-  
credulitate, inserent. L cōsortio electorū seu radici sua, videlicet patriarchis, & erūt veri filii eoz  
nō solū carnali origine, sed fide ac opere, L potēs est em̄ deus, L cui nihil difficile est, L tē in se-  
rere illos, L impios iustificādo, ideo desperādū nō est. L Nā si & tu, L gentilis L ex naturali excisus  
Esa. 43 es oleastro. I. à cōuersatione vitiosa & sterili liberatus, & p̄ hoc à teipso mutatus, qui eras ole-  
aster naturalis per similitudinē, qm̄ in gentilitate natus ac enutritus fuisti, L & cōtra naturā. I.  
Matt. 15 solitū cursum naturæ, q̄ nō solet surculū malū inserere arbori bonæ, L insertus. I. intime reco-  
pulatus L es L p̄ fidē, charitatē & grām L in bona oliuā. I. oliuæ bonæ, pingui & fructuofz, vi-  
delicet sanctis patriarchis atq; apostolis spūali pinguedine, internæ cōsolationis, syncerissimæ  
cōtemplationis ac feruidæ dilectionis copiose repletis, L quāto magis hi, q̄ (sunt) secundū natu-  
ego nominatus vos saluto, & nomen meum hic exprimo, ad perpetuā rei memoriam. L Salu-  
tat vos Caius hospes meus. L iam in ciuitate Corinthi vnde mitto præsentem epistolam. Iste  
Caius erat Corinthiorum episcopus, ad quem scribit Iohannes apostolus tertiam suam cano-  
nicam, laudans eum de virtute hospitalitatis, vnde & Paulus in domo eius manere solebat, L &  
Altar, ar-  
carius vniuersa eccllesia. L Salutat vos Eraſtus \*archarius ciuitatis Atheniensis, secundū  
glossam. Dicitur aut̄ Archarius, ab Ἀρχαῖος, qđ est princeps, vel ab arca, quoniā præ erat arcæ cu-  
rit odiens eā, in qua ponebant̄ vestigalia & tributa, L & Quartus frater. L Quartus propriū no-  
mē est, sicut & Tertius, eratq̄ frater religione, nō natione. L Gratia dñi nostri Iesu Ch̄i cū om-  
nibus vobis, Amē. L Ex ardēti amore resumit apostolus qđ prædixit de p̄sentia gratiae Christi.  
Phil. 1. L Ei autē, L videlicet deo trinitati, L qui potens est vos cōfirmare. L in omni bono, L iuxta Euan-  
gelium meum. L. i. secundū prædicationē meam, L & prædicationem Iesu Christi, L à cuius p̄-  
dicatione euangeliū meū nō dissonat. Prædicationē inquā Christi factā L secundū revelationē  
mysterij, L. i. in manifestatioe diuini secreti de incarnationē Ch̄i, & redēptione generis hūani.  
Vel,

IN PRI. AD CORINT. ENARRA. Arti. XX. Fo. XXXVI.

**A** Vel secundum quod reuelatum est mihi de isto mysterio. Mysterij dico, L temporibus æter  
“ nis taciti. i. ab æterno in deo absconditi. Tempora autem æterna apostolus dicit durationem  
præcedētem hunc mundum, quæ aliud nihil est nisi æternitas, quam exprimit apostolus per  
æterna tēpora, quia non pōt apprehēdi à nobis, nisi per comparationē ad tēpus infinitū. Vn  
“ de & ad Titum dicit: Ante tempora secularia, L quod L mysteriū, L nunc L tēpore nouę legis Titum. 1.  
“ in Ch̄fi aduētu, L patefactum est L mūdo L per scripturas prophetarum L ab ipso Ch̄fo decla  
ratus. Qui (vt apud Lucam legitur) aperuit illis sensum ut intelligerēt scripturas. Et iterum L  
promisit apostolis. Cū venerit ille sp̄us veritatis, docebit vos omnē veritatē. Tūc nāq; appa L  
ruerūt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamēta orbis terrarum. Quod totū factū est, L se- L  
cundum præceptum æterni dei. L Christus em̄ secundū formā serui erat minister trinitatis in  
hac reuelatione. Propter quod ait: Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et facta est re L  
uelatio ista, L ad obediōne fidei in cunctis gētibus. L hoc est, vt om̄es gentes obediant fidei, L  
credendo & operando. Mysterij dico, L cogniti L plenariæ atq; perfectæ, L soli sapiēti deo. L  
id est, deo trinitati, qui solus est sapiens per essentiam, cuius tanta est sapiētia ut comparatiōe L  
ipsius om̄is sapiētia creata pro nihilo reputetur, sicut in comparatione diuinæ puritatis ecclī Job. 15.  
“ dicūtur immūdi, & comparatione alioz solus dicitur esse. Patefacti aut, L per Iesum Ch̄m. L  
“ (vt dicitū est) L cui, L sit L honor. L i. debita exhibitiō reuerētiæ, L & gloria. L i. clara cum laude L  
notitia, vel vera lētitia, ita vt honor sit ei à nobis, gloria aut in se. Ip̄le em̄ est cū patre & spiri- L  
“ tu sancto super om̄ia deus sublimis & benedictus. L Amen. L

IN EPISTOLAM I. AD CORINTHIOS.  
PRAEFATIO.

Eccles. 12.  
Diony.

B



Erba sapientum sunt quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Quēadmodū  
iuxta documenta magni, atq; diuini Dionysii in cœlesti Hierarchia, superiorē  
angelorum est inferiores purgare, illuminare & perficere, inferiore vero ange- L  
lorum est, à superioribus purgari, illuminari ac perfici. (Purgatur autem non  
vtiq; à culpa, cū nō sit in eis aliqua macula, sed à dissimilitudine seu luminis mi- L  
noratiōe) sic in Ecclesiastica Hierarchia, doctoz ac platoz officiū est, inferio- L  
res purgare, illuminare, perficere; inferiorum vero est, à superioribus purgari, illuminari ac p- L  
fici. Purgantur vero homines non solum à dissimilitudine, sed etiam à peccatis, illuminantur L  
autem, vt veritatem cognoscant, perficiuntur quoq; dum in dei amore proficiunt. Cum ergo L  
sapientes vitiosos, & negligētes efficaciter arguant, verba eoz sunt quasi stimuli, quoniam L  
corda dura pungunt, penetrant & impellunt. Propter quod per Hieremiam dominus loqui- L  
tur; Nūquid non verba mea sunt quasi malleus conterēs petram? Sermo quippe diuinus era- L  
dicat, abscindit & ejicit, de cordibus nostris spinas & tribulos vitorē ac passionū, sic q; circū- L  
scindit & polit animam nostrā, vt capax sit illustrationis internæ, & perfectionis diuinæ. Et L  
quantum ad hoc, verba sapiētum sunt quasi clavi in altum defixi. Itaq; verba sapiētissimi no- L  
stri doctoris, magistriq; gētium diuinissimi & gloriosissimi Pauli, in ea quæ iam exponenda L  
restat epistola, sunt quasi stimuli. Quia Corinthios de multis excessibus fortiter increpat, bo- L  
nos vero commēdat, & secūdum diuersam dispositionē eoz, quibus scribit diuersimode lo- L  
quitur, nūc exhortādo, nūc blandiēdo, nūc collaudādo, nūc arguēdo. Porro Corinthus est L  
metropolis Achaiae, quæ est pars Græciae, vnde Corinthij dicūtur Achaici. Hi ab Apostolo L  
instructi, & cōuersi fuerūt, sed post eius recessum, varijs modis subuersi sunt à philosophis & L  
Iudeis. Quo cognito, aplus existēs in Epheso, scribit eis p̄sentē epistolā, mittēs eā per Ti- L  
motheū. In qua reuocat eos ad Euāgelicæ fidei veritatē, & christianæ iustitiae puritatem.

Expositio primi cap. Epistolæ ad Corinthios primæ. Art. primus.

**M** ore solito, iuxta cōsuetudinē scribēdi epistolæ seu literas missiuas, aplus in huius  
epistolæ exordio nomē suū præmittit, & alterius secū scribētis, sic q; procedit ad  
salutationē, narrationē & cōclusionē, vt fieri solet. Et ait; L Paulus vocatus. L i. ex  
diuina p̄destinatiōe assumptus & factus, vel à deo electus, L aplus Iesu Ch̄fi p vo- L  
lūtātē dei. L i. à volūtate diuina, tanq; à causa principalis ac libera. Hoc dicit aplus, vt ostendat L  
eos deo resistere, q; suo apostolatui cōtradicūt, & etiā, vt demōstret qd ipse nō iniecit seipsum  
nec sibi assumptus honorē, vt illi de qbus dñs ait; Ego nō mittebā eos & ipsi currebāt. Et rur- L  
sum: Principes extiterūt, & nō cognoui. Quārī pōt, cur Paulus humillimus, in ista ep̄la, cū L  
nomen suum commemorasset, statim adiecerit nomina eximia dignitatis, non solitè humili- L  
tatis, dicens: Apostolus, non seruus Iesu Christi, & hoc per voluntatem dei, quasi impium  
fit aliter opinari. Et respondēdū, q; virtus discretiōis id exigit in plato, vt ita se habeat verbis  
& factis circa subiectos, sicut eoz saluti expediēs ē. Oportet aut̄ plātū à subditis timeri, ama- L  
ri ac honorari. Cū ergo subiecti ita se habēt circa plātū, nō ē plato necesse, vt verbis seu factis L  
autho-

Romans. 12.  
Galat. 1

Hiere. 23.  
Osee. 8

1. Petri. 2.  
Roma. 13.

authoritatem suam ostendat. Cum vero cōtemnitur, ostendere debet collatæ potestatis autho-  
ritatem, quatenus subditis timorē, reverentiamq; nominis sui incutiat. Ap̄lus autem Corin-  
thijs viluit, quia (vt afferit glossa) contempto Paulo Apostolo, de sapiētibus huius se i-  
stibant, quorum vana eloquētia, sapiētiaq; terrena delectabātur. Idcirco Apostolus, vt eo-  
rum pr̄æsumptionē argueret, eos quoq; ad suæ personæ reuerētiā inclinaret, cū dixisset Pau-  
lus, mox addidit Ap̄lus, &c. quod totū factum ē, nō ad propriam laudē, sed propter illos sa-  
lute, & Sosthenes frater. Hūc Sosthenem associat sibi Paulus, quia pro Corinthiōe cor-  
rectione multū sollicitus fuit, & eos (vt dicitur) apud apostolum accusavit. Vnde nūc dicitur:  
**Johan. 4.** Sosthenes frater, ad insinuandum q; accusatio illa prodij ex fraterna charitate, nō aliunde.  
 Itaq; ego Paulus, & Sosthenes frater sp̄ualis, scribimus: solus tamē Paulus dictauit. Sosthenes  
 vero cōsentieō cōscripsit, Ecclesiæ dei. i. cōgregationi fidelium, quæ est Corinthi, i. in  
 ciuitate Corinthia, vt pote sanctificatis. i. à virtijs emūdatis, in sacramēto baptismi, ac p̄e-  
 nitētis, in Ch̄o Iesu. i. in virtute & gratia saluatoris, vocatis sanctis. i. à deo ad sancti-  
 tate adductis atq; electis, cū omnibus qui inuocant. i. ex intimo cordis affectu implorant,  
 L. nomē dñi nři Iesu, in om̄i loco ipso. i. vbiq; in prouincia Corinthioꝝ, & nřo. hoc  
 est, loco nobis primū concessō. Hic em̄ locus Paulo commissus est, vt habitatores eius cōuerteret.  
 Et cū deus vbiq; sit, non solū in tēplo materiali, sed vbiq; inuocādus ē, quatenus veri adoratores adorēt eum in spiritu & veritate. Quia nec confēplatio, neq; oratio exigit locum, aut  
 loci determinationē ex necessitate, sed ex quadam decētia, vnde sicut contēplationi beatōe  
 deputatur cœlū empyreum ex congruētia, sic ecclesia materialis deputatur orationi fidelium  
 ex congruētia quadam. Sed sicut angelus vbiq; fuerit extra cœlū empyreum incessabiliter  
 deū contēplatur, ita fidelis vbiq; fuerit, nomē Ch̄i inuocare debet. Et sumitur hic nomē  
 pro re nominata. Deinde salutatio ponitur. Gratia, gratūfaciēs (de qua in expositione  
 primi capituli Epistolæ ad Romanos dictū est plenius) detur & semp̄ insit, Vobis Corinthijs, &  
**Roman. 11.** pax. i. quies mētis à vitijs inordinato impulsu, L. deo patre nostro, per gratiā  
 adoptionis, qui est pater Ch̄i per realē relationē ac relatiuam proprietatē, & pater Christi  
 per æternā ac naturale ḡnatiōne, & à dño Iesu Ch̄o, filio patris, qui secūdum diuinā na-  
**Psalm. 2.** turam est vna & eadē causa efficiēs gratiæ & pacis cū patre. Quæ cūq; em̄ facit pater, h̄ec &  
**Psal. 109.** filius similiter facit. Secūdum naturam vero assumptam est causa gratiæ & ceteroꝝ donoꝝ  
**Johā. 5.** gratuitōꝝ instrumētalis ac meritoria. Patre aūt & filio nominatis, datur intelligi sp̄us san-  
**Johan. 5.** ctus q; est amor, nexus & germē amboꝝ. Totius sup̄felicissimæ trinitatis indiuisa ē operatio  
**Johan. 5.** foris transiens, sicut & trium psonaꝝ est vna natura, & vna potestas. Quoniā vero inter Co-  
 rinthios erāt aliqui boni laude digni. Apostolus primo agit de bonis, & pro beneficiis dei eis  
**EPIST.** collatis gratias agit, & ait: Gratias ago verbis, factis, atq; affectibus, deo meo, qui licet  
**1. Thess. 2.** sit omniū deus, tāto tamē specialius ac singularius est deus vniuersiq; ipsum colētis, quanto  
**Actoꝝ 10.** ab eo deuotius colitur, ardētiusq; amat. Vnde & princeps theologoꝝ Dionysius in libris  
**Diony.** suis, vix dicere audēs deus meus, sic dicit: Deus, & si fas est dicere, meus. Propterea nō quoru-  
 libet, sed pfectoꝝ feruēter amantiū est dicere, Deus meus. Fortiter tamē proficiētes, ex qua-  
 dam humili cōfidētia dicere possunt. Deus meus, alij passim nō dicāt. Deus meus nisi in psona  
**Roma. 1.8** Christi hominis, vel ecclesiæ seu pfectoꝝ. Itaq; gratias ago deo meo, à cuius amore nulla crea-  
 tura me potest auellere, semper. i. om̄i hora conuenieti ac debita, iuxta quē modum iube  
**Luc. 8.** mur semp̄ orare, pro vobis quorum imp̄fectum supplere desidero, eo quod diligam vos  
 tanq; meipsum, in gratia dei, quæ data est vobis. i. pro omnibus donis sup̄naturalibus, vo-  
 bis diuinitus cōdonatis, in Ch̄o Iesu, hoc est per Christū mediatorē, seu merito eius, per  
 quē om̄ia dona diuina nobis p̄fstatūr, quia in omnibus spiritualibus diuitijs, diuites fa-  
 ius fragilis vitæ, videlicet, quia in his quæ ad salutē requirūtur, abundatis. Secūdū quē sensum  
**Psal. 33** ait Psalmista: Nihil deest timētibus eum. Vel ideo dicūtur in om̄ibus diuites facti, qm̄ sp̄ualia  
 bona quæ nondū fortiti sunt in re, iam habēt in spe. Has aut̄ diuitias explicat ap̄lus in specia-  
 li, in om̄i verbo, euāgelicæ p̄ædicationis. Hoc dicit ap̄lus, vel q; donū linguaꝝ receperūt,  
**Acto. 5.** ita vt om̄ibus linguis loquerētur. In primitua em̄ ecclesia, per impositionē manū aposto-  
**Acto. 8.** lorum, dabatur baptizatis donū linguaꝝ. Vel, in om̄i verbo, i. in om̄i modo docendi, & in  
**Acto. 19.** om̄ni sciētia, vera ad salutē necessaria, videlicet in intellectu scripturaꝝ sanctaꝝ, sicut te-  
 stimoniū Christi confirmatū est in vobis. i. eo modo diuites facti estis in his sicut, i. prout  
**Johan. 7.** testi moniū Ch̄i cōfirmatū est in vobis, i. promissio seu cōtestatio, qua Chrūs testatus est, se  
 ditaturum suos fideles, in vobis impleta est. Ipse em̄ p̄ædixit: Qui credit in me, flumina de-  
 vētre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aut̄ dixit de sp̄u, quē accepturi erāt credētes in eū. Et alibi:  
**Johan. 15.** Quicq; petieritis patrē in noīe meo, hoc faciā, ita, vt nihil vobis desit in villa ḡfa, necessa-  
 ria ad salutē. Vel, q; om̄ia dona ad gratiam gratū facientē p̄tinētia, habetis, & in alijs gratijs  
**Apo. 27.** s. gratis datis, notabiliter abundatis. Virtutes em̄ & dona sp̄us sancti ita connexa sunt, vt ha-  
 bens

**A**bens vnu, cetera q̄q; aliqualiter habeat. Nō th ita pfecti fuersit quin potuerūt p̄ficiēre, p̄fectioresq; fieri, iuxta illud: Omne q fert fructū, purgabit eū pater, vt fructū plus afferat. Itaq; ni hil gr̄e deest vobis L expectātibus reuelationē. i. manifestā apparitionē L dñi nři Iesu Ch̄ri. L in die iudicij, qñ (iuxta Esaiā prophetā) videbit ois caro salutare dei nři. De qua reuelatiōe scriptū est: Ecce venit cū nubibus, & videbit eū ois oculus, & qui eū pupugerūt. Vel, reuelationem Ch̄ri, i. claram visionē eius in patria, q̄ visio est tota merces, de qua ait in Euāgelio: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei meipm, L q̄ cōfirmabit vos, vt pie cōfido. Verbū est bona spei, non absoluta assertiōis, nisi forte ex reuelatione diuina, L vsc̄ in finē. L vitæ p̄sentis inclusione, L sine criminē. i. mortali p̄ctō, ita q̄ grām perseveratiā cōferet vobis, ne peccatis mortaliter, sed in gratia decedatis; ad hoc, vt sine peccato appareatis L in die aduentus dñi nostri Iesu Ch̄ri. i. in die iudicij. Vel, aduentus Christi, intelligit sp̄ualis eius aduentus, quo q̄tidie venit per grām ad electos, prout ipse Ch̄rūs profitetur: Ad eū veniemus & mansiōne apud eum faciemus. Et alibi: Ego sto ad ostiū & pulso. Vel, visitatio eius, qua visitat vnumquemq; in morte. Vnde ait: Vigilate, qa nescitis qua hora dñs vester vēturus est. De hoc aduentu cōminatur quodā loco cuiq; negligēti: Si nō vigilaueris, veniā ad te tanq; fur; & nescies qua hora veniā. Sed & Iacobus dicit: Patientes estote vsc̄ ad aduentū dñi. i. vsc̄ ad mortē. Vnde subiungitur ibidem: Ecce iudex ante ianuā assūtit. Quandocūq; aūt cōfirmamur à deo, Ch̄rūs sp̄ualiter venit ad nos. L Fidelis deus. i. verax in promissis, iuxta illud in psalmo: Fidelis dñs in oībus verbis suis, L per quē (i. à quo) vocati estis. L per inspiratiōnē internā, ac p̄dicationē apostolicā, L in societate. i. ad cōmunionē & participationē gr̄e, & gloriae L filij eius dñi nři Iesu Ch̄ri. L De plenitudine siquidē eius accepimus oēs. Pr̄destinavit em̄ nos cōformes fieri imaginis filij sui, vt alio loco dictū est. Ecce quāta gratia & benevolentia dei sancti & bñdicti, q̄ non solū vocauit nos ad consortiū ap̄loḡ & angeloḡ, sed vñigeniti filij sui. Quotquot em̄ receperūt eū, dedit eis potestatē filios dei fieri. Ideo scriptū est: Maxima & p̄tiosa nobis promissa donauit, vt ph̄z̄ efficiamini diuinæ cōsortes naturæ. Et alibi: Societas nostra sit cū patre & filio eius Iesu Ch̄ro. Ineffabilis prorsus nobilitas societate habere cū deo. Et summa miseria, propter tēporales delicias ac trāitoria bona vilissima atq; caduca, societate hanc deiformē amittere. Nō ergo negligamus grām dei, q̄ data est nobis, sed carnē domemus, affectū purgemus, cōlestib⁹ infatigabiliter intrēdamus. ¶ Hucusq; laudauit aplūs p̄fectos, iam alioshortat ad p̄fectionē illoḡ. L Obsecro aūt. i. per rem sacrā, im̄o per sanctū sanctoꝝ rogo L vos fr̄s, L videlicet L p̄ nomen dñi nostri Iesu Ch̄ri, vt idipm. i. vnu & idē secundū dei voluntatē, L dicatis oēs, L sicut faciunt q̄s iā laudaui, L & nō sint in vobis schismata. i. diuisiones atq; discordiae. Scriptū em̄ est: Diuisum est cor eorū, nūc interibūt. Sed videſ cōtrariū his, quod dñs ait p̄ alium prophetā: Scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra. Et r̄ndendū, q̄ loquit de sp̄uali cordis circūcisione, & apertione, qua cor antea durum aperiūt verbo dei, & recipit illud. L sitis aūt p̄fecti. i. p̄fecte seu omnino cōcordes, L in eodē sensu. i. in cognitione practica, vt idē agatis, L & in eadē sc̄ientia. i. in cognitione speculativa, vt idē credatis ac sapiatis. Duæ em̄ sunt partes legis diuinæ, videlicet testimonia & p̄cepta. Testimonia p̄tinent ad credēda, p̄cepta vero ad operāda. Vult ergo aplūs, vt in horū vtroq; cōformes sint. ¶ Hæc hortor & obsecro, L significatū est em̄ mihi de vobis (ð) fratres mei ab his q̄ sunt Cloes. i. q̄ habitant in loco q̄ dicit̄ Cloes. Vel in domo religioꝝ fēminæ Cloes vocatæ, quoꝝ vnu fuerat Sostenes, iam p̄dictus. Secūdū quosdā, Cloes est nomē loci prope Corinthū, secūdū alios vero est nomē mulieris deuotæ, in cuius domo multi fideles manebāt. Isti doluerunt de cōtentione ac schismate Corinthioḡ, dixerūt c̄g Paulo, qđ subdif, L q̄a cōtentioēs inter vos sunt. Sicut subiungit L Hoc aūt dico. i. refero, L q̄ vnuquisq; vestrū dicit. Percepi em̄ verba vestra in propria forma & ideo omniū vestrū verba iā enarrō. Alius em̄ ē vobis dicit. L Ego quidē sum Pauli. i. ad Paulū ptineo, tanq; filius & discipulus eius, qa ab eo baptizatus seu doctus sum. L Ego aūt sum Apollo. i. discipulus eius. Iste est Apollo vir eloquēs & potēs in scripturis, sicut in actib⁹ legit: qui (vt dicit̄) erat Corinthioḡ epūs. Alius dicit, L Ego vero C̄ephā. i. ego ad Petrum pertineo. Alius dicit, L Ego aūt Ch̄ri. sum, tanq; eius seruus atq; discipulus. Qui ita dixerunt, nō errauerūt vt alij. ¶ Cōtentio aūt Corinthioḡ fuit ex hoc, q̄ putabāt sacramētū baptismatis aliqd virtutis habere ex meritis ministri, & ita baptizatus ab vno p̄tulit se baptizato ab alio, prout vnu ministro exzellētor exitit alio. Quilibet etiam noīauit se ab illo, à quo fuerat baptizatus, sic q̄ vnu dicebat, ego sum Pauli. Hi errauerunt, q̄a baptismus nō habet efficaciā, nisi merito Ch̄ri, tanq; à causa meritoria, q̄ tactu sua mūdiſſimā carnis vim regeneratiā cōtulit aquis. Vnde de latere Ch̄ri moriētis dicunt̄ oīa sacramēta fluxisse, qm̄ virtute passionis dñicæ operant̄. Ch̄rūs vero, vt deus, seu tota beatissima trinitas, est causa effectiua & principalis virtutis baptismi, qñ solus deus intus baptizat peccata lauādo seu ablūedo, & grām infundendo, sine cuius infusione nemo iustificat, neq; peccatū dimittit. Vnde quodā loco de Ch̄ro habet: Sup quē videris sp̄m Jobā. i. G descendē

Johan. 18

Esa. 40

Apoc. 1. Johā. 14

Johan. 3

Apoc. 3

Jaco. 2

Matt. 24

Apoc. 3

Johā. 1.

Johā. 1.

Johā. 1.

Johā. 1.

Ro. 8

Johā. 1.

2. Pet. 1

1. Johā. 1.

2. Par. 26

1. Tim. 4

Esa. 22

Johā. 1.

Actoz. 18

Augustin.

i. Pet. 2

Jobā. 1.

Matth. 3. descendētē & manētē super eū, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Et alibi: Ipse baptiza-  
 bit vos spiritu sancto & igni. Vnde ut legitur, ad vitandum prædictū Corinthiorum errorē, ec-  
 clesia Græcorum mutauit formā baptismi, dicendo baptizo seruus Iesu Christi. ¶ Ad ostendendū  
 ergo errorē Corinthiorum, querit apostolus: Diuīsus est Ch̄rūs? I. i. nungd Christus in cor-  
 pore suo mystico huiuscmodi diuīsionē admittit & approbat, vt vñus dicitur Pauli, alias  
 Capha, & nō potius omnes sint Ch̄ri, & ab ipso Christiani vocētur. Quasi dicit, Nō. Chri-  
 stus enī ait: Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vñū, sicut & nos.  
 Vel sic: Diuīsus est Ch̄rūs; id est, nunquid Ch̄rūs diuersimode se habet ad suos ministros ba-  
 ptistas, aliter operādo in baptismo vnius q̄ alterius? Nūquid Paulus crucifixus est pro vo-  
 bis, aut in nomine Pauli baptizati estis? I. i. cū nec Paulus nec aliquis aliis, præter Christum  
 pro vñfa salute sit passus, nec in nomine Pauli vel alterius, sed in nomine Ch̄ri baptizati sitis,  
 cōstat q̄ nō plus valet baptismus ministratus ab uno ministro Ch̄ri, q̄ alio. Quoniā virtus ba-  
 ptismi, est ab ipso qui pro mundi salute occisus est, & in cuius nomine administratur, hic ve-  
 ro Ch̄rūs est. Quāuis aut̄ Ch̄rūs dixerit: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eas, in nomi-  
 ne patris, & filii, & spiritus sancti. Apostoli tamē in primitiva ecclesia ex familiari cōfilio seu  
 instinctu spiritus sancti, videlicet vt nomen Ch̄ri magis celebre fieret, quod à Iudæis iugiter  
 Acto. 18. blasphemabatur, baptizauerūt in nomine Ch̄ri. Vnde Petrus disseruit: Baptizetur, inquiens, E  
 vñus quisq; vestrū in nomine Iesu Ch̄ri. Hoc tamē fecerūt, secundū quod in nomine Christi,  
 tota supersancta trinitas intelligitur, videlicet pater vngens, & spiritus sanctus, qui ē vñctio.  
 Roma. 6. 3. Johan L Gratias ago deo meo, q̄ neminē vestrū baptizauit, nisi Crispū & Caium. Iste videtur esse  
 Crispus archisynagogus, qui (vt in actibus legitur) credidit dño. Caius quoq; iste forsitan ē,  
 de quo ad Romanos dixit ap̄lus: Salutat vos. Caius hospes meus: cui (vt ibidē dictū est) Iohā-  
 nes tertīa suā misit epistolā, eratq; Corinthiorum episcopus. Itaq; gratias ago, q̄ neminē vñm  
 baptizauit, præter hos paucos, qui etiā nō sunt de vestra cōtentione, cū sint viri perfecti. Nō  
 quia baptizare sit actus malus, sed I. ne q̄s dicat, q̄ in nomine meo baptizati sitis. I. ne actus  
 bonus à me factus, esset vobis occasio mali. Ex quo elucescit, q̄ interdum ab aliquibus bonis  
 operibus ex charitate cessandū fit, vt alioq; culpa seu scandalū deuitetur. I. Baptizauit autē &  
 Stephanæ domū. I. illius deuotæ matronæ familiā, forte simul cū ea, quæ etiā non contēdit  
 vobiscū. Cæterū nescio, si quē aliū vestrū baptizauit. & quia apostolus bonæ memorie erat  
 Acto. 9. probabile est, q̄ non baptizauit, nisi prædictos tam paucos: cuius ratio subditur. I. Nō em̄ mi-  
 sit me Ch̄rūs baptizare. Id est, principaliter ad baptizandū, cum hoc ab inferioribus & pa-  
 rum doctis fieri posit tam perfecte, sicut à perfectionibus, I. sed euangelizare. I. euangelium  
 prædicare, quod nō potuit perfecte fieri, nisi à valde perfectis atq; doctissimis. Nō tamē est sic  
 Acto. 28. intelligendū quod nūc dixit ap̄lus, nō misit me Ch̄rūs baptizare, quasi ipse, & alij apostoli ne-  
 quaq; missi sunt baptizare, cū dicat eis saluator: Docete omnes gentes, baptizantes eas, sed hoc  
 ideo dicitur, quia apostoli nō sunt principaliter missi ad baptizandū, videlicet ne baptizan-  
 do retardarētur à prædicatione. Ideoq; quēadmodū Christus per seipsum docuit, & p̄ disci-  
 pulos baptizauit, vt patet apud Iohannē: sic & apostoli verbo prædicationis instabat, & per  
 discipulos suos frequētius baptizabat necessitate aut magna ratiōe exigēte baptizatōis. Itaq;  
 misit me Christus euangelizare, I. non in sapientia verbī. I. non in sapientia naturali, seu phi-  
 losophica verbis ornata, atq; verbosa, quæ comparatione diuinæ sapientiæ potius est sapien-  
 tia nominalis, quam realis, I. vt nō euacuetur. I. hoc ē, incredibilis aut inutilis reputetur, I. crux  
 Christi. Id est, fides passionis dominicæ. Naturali em̄ rationi visum est impossibile, incredi-  
 bile atq; inutile, vt deus pateretur. Ideo Apostolus fidem crucis Christi nō prædicauit in sa-  
 pientia verbī: Velsic, vt nō euacuetur crux Christi, id est, ne fides Christi videatur humanæ  
 rationi inniti, & per consequens, facile posse reprobari. Deniq; Christiana doctrina non in-  
 diget cultu, & pompa verborum, ne videatur ex humanæ subtilitatis calliditate procedere,  
 non ex veritate. Ibi em̄ compōsitione sermonis exquiritur, vbi ipsa se veritas non commēdat.  
 I. Verbum em̄. Id est, fides & prædicatio, I. crucis Christi I. pereuntibus quidē. I. mundi  
 Romā. 1. huius sapientibus & reprobis, I. stultitia est. I. stulta & irridēda videtur. Sicut de Græcis re-  
 Diony. fert Dionysius, quod audita prædicatione fidei Christianæ, lato ore riserunt, I. his autem qui  
 salvi fiunt, id est nobis, puta electis, I. virtus dei est. Id est, potens effectus diuinæ potētiæ, p  
 quē obtinemus gratiā & gloriā, victoriā quoq; cōtra infidias hostis, iuxta illud: H̄c est vi-  
 4. Johan. 1. ctoria quæ vincit mundū, fides nostra. Quis em̄ est qui vincit mundū, nisi qui credit, quoniā  
 Iesus est filius dei? ¶ Quod autem verbum crucis pereuntibus, scilicet prudētibus huius seculi  
 stultitia sit, probat apostolus. I. Scriptū est em̄. I. in Esaia I. Perdā. I. i. damnabo ego dñs deus,  
 Ela. 29. I. sapientiam sapientium. I. i. sapientiam eōs, qui seipso sapiētes reputant in diuinis, videli-  
 cet in naturali notitia diuinorum, sicut philosophi, I. & prudentiam prudentiū. Id ē, falsam  
 Baruch. 3. prudentiam impiorum, qui in rebus humanis astuti & callidi sunt, vt faciant mala, I. reproba-  
 bo. I. i. à prædicatoribus sanctis excludam, & eā in iudicio condemnabo, quia nō fuit subiecta  
 simpli-

A simplicitati fidei sanctæ. Hinc enim ait saluator: Cōfiteor tibi pater dñe cœli & terræ, qd abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Nostra translatio habet sic, Peribit sapiētia à sapientibus, & intellectus prudentiū abscondet. L Vbi sapiens, huius mundi, quā tū ad diuina naturaliter nota, vbi scribas, i. doctor moralis in lege peritus? L vbi cōquisitor huius seculi? L i. investigator rebus mundanis ac naturaliū artium? Tanq dicat, Ecce q̄ subito oēs isti perierūt, eo q̄ verā ac Christianā sapientiā non receperūt. Hæc verba ex Esaiā sumpta sunt, sic dicēte: Vbi est literatus? vbi verba legis ponderas? vbi doctor paruulus? L Nōne stul tam fecit, i. vanā & falsam ostendit, deus sapientiā huius mundi? L asserendo qd illa negat, videlicet articulos fidei, & agendo qd illa impossibile reputat, vt pote opera supernaturalia ad fidei cōfirmationē, cū tamen naturalis sapientiā dicat, ea nō posse fieri, quæ naturalē entium cur sum excedunt? L Nā quia in dei sapientia, i. secundū deum, seu diuino iudicio, L nō cognouit mundus, i. homo quilibet mundū inhabitans, per sapientiā naturalē, deum, placuit deo per stultitiam p̄dicatiois, i. per p̄dicationē euangelicā, quā mundus fatuā reputauit, L saluos facere credentes, i. electos, conuertendo eos ad fidē & grām per apostolos p̄dicationem. Mundus aut aliquo modo cognouit deū per sapientiam naturalē. Dicitū est enim ad Romanos: Inuisibilis dei, per ea quæ facta sunt, à creatura mudi conspiciunt; sempiterna quoq virtus eius & diuinitas. Nec dubiū quin philosophi multa vera atq subtilia de diuinis cōscripterit, sed quoniā ista cognitione dei erat sine fide & opere meritorio, informis fuit, & deo inaccepta. Idcirco non cognouit mundus deū per sapientiam humanā, in sapientia dei, i. secundū deū, seu acceptiōē diuīnā. Propter quod ait Iohānes: Qui dicit se nosse deū & mandata eius nō custodit, mendax est. Et saluator ad impios: Nescio (inquit) vos, cognitionē qua dicitis mihi, domine dñe, non approbo. Potest quoq per sapientiam dei intelligi & terna sapientia incarnata, in qua mūdus deum nō cognouit, quia nec eā cognouit. Propter qd filius ait: Pater iuste, mundus te non cognouit, Lux quippe in tenebris lucet, & tenebræ eam nō cōprehenderunt. Itaq non cognouit mundus per sapientiā deū cognitione formata ac salutari. Cuius signū vel ratiō est, L Quoniā & Iudæi signa petūt, i. ea q̄ ipsi dicunt per signū aliquod diuinā virtutis quærunt cōfirmari, vt sciant illud esse à deo p̄ experientiā alicuius miraculi, quod sape illiciū est, & ad tentationē dei pertinet. Vnicuiq̄ em sufficere debet assertio dei. Qm̄ aut Iudæi primo legem receperunt in monte Sinai, cū ingenti gloria miraculo, diuinor, assueti erant petere signū, cum aliquid magni dicebat. Vnde & Chro dicebant: Quod signū ostendis nobis? Sic Abrahā, Gedeon, Ezechias & alij multi Iudæos, signa petierunt, sicut & Zacharias pater Iohānis, L & Græcis, p̄serūt philosophi, & multi gentiliū, sapientiā naturalē, quārūt, i. per rationes naturales & demonstratiūas volūt sibi probari, qd dicit. Assueti sunt enim argumētationibus humanis insisterē. Nullus ergo isto, per sapientiā suā deū nouit salubriter, quantū ad ea q̄ concernunt salutē. L Nos autē apostoli, p̄dicamus Christum crucifixū, Iudæis quidē scandalū, i. cōfusionem, & ignominiae causam. Hoc enim ad maximā Iudæos, confusionē pertinet, qd aperte docemus eos Christū in lege promissum, dei unigenitū filiū occidisse, quod est eis & terna ignominia causa. Vel dicitur Chrūs Iudæis scandalū, quoniā fuit eis, & adhuc est, occasio ruendi in culpā & pœna. Nam (vt Euāgelistæ testant) sape scandalizabant in eo. Propter quod dixit: Beatus est, qui nō fuerit scandalizatus in me, L gentibus aut, i. infidelibus, stultitiā, L nā stultū putabat, qd euangelizabatur de Christo, videlicet q̄ deus & tenuis factus esset homo temporalis, quod impossibilis esset mortuus, immēsus in utero clausus, immutabilis de nouo incarnatus, quod virgo peperisset. Hæc omnia fabulosa putabat, qm̄ non potuerūt videre, nec credere voluerunt, in una persona duas perfectas esse naturas, diuinam atq̄ humanam, saluis utriusq; naturalibus proprietatibus. L Ipsa autē vocatis, i. ad fidem, grām, electis, Iudæis atq; Græcis, i. gentilibus, ex quibus tanquam duobus parietibus, in Christo lapide angulari concurrentibus, constructa est sancta ecclesia. His ergo p̄dicamus Christū dei virtutē, & dei sapientiā, i. & hoc eis affirmamus, q̄ Christus sit virtus ac sapientia patris. Ipse enim est virtus & manus & brachium patris, per quē facta sunt oīa. De quo Esaias: Parauit (inquit) dñs brachium sanctū suū in oculis omnī gentium. Præterea secundū utraq; naturam dicitur Chrūs virtus & sapientia patris. Secundum diuinam enim naturam est virtus patris, quia per ipsum omnia facta sunt, iuxta illud Verbo dñi cœli firmati sunt. Et quia potentia patris perfecte atq; plenissime relucet in filio, in hoc nāq; q̄ pater genuit filium sibi consubstantiale, coeternum & coequalē, appetit infinita potentia patris. Dicitur quoq sapientia patris, cum sit verbū mentis paternæ, quoniā enim ab intellectu patris procedit, ea quæ ad intellectū pertinent, appropriata vel propria sunt filio, ideo dicitur veritas & sapientia patris. Et etiam, quia sapientia patris in ipso plene relucet. Est enim filius perfecta expressio sapientiæ patris, conceptus & dictio intellectus paterni. Secundum humanam quoq; naturam vocatur virtus & sapientia patris, propter maximā participationem atq; p̄cipuam relucētiā diuinæ virtutis ac sapientiæ in ipso dei & hominum mediatore. Nam ipse secundum humanam naturam passus est, & toti mundo & ternam vitam

promeruit, & dæmonē stravit, infernū cōfregit, ccelos aperuit. Sapiētia vero dei in Ch̄i incarnatione, passione, & mūdi saluatiōe ineffabiliter manifestat, vt. s. p. dei incarnationē homo deificaretur, p illius humilationē homo exaltaretur, p illius occisionē homo viuificaretur, p illius indebitas p̄cēna homo à debitis p̄cēnis solueretur, p illius charitatē homo repararetur, qui p diaboli inuidiā pditus fuit. Nec potuit peccati enormitas, diuinæ charitatis ardor, diuinæ iustitiae magnitudo, & ternæ beatitudinis dignitas, infernalī p̄cēna acerbitas, humanæ naturæ nobilitas, diuinæ pietatis immētis, subtilius, euidētius aut speciosius declarari, nisi vt ipse met deus, dei vñigenitus filius hominē p suā incarnationē ac mortē redimeret. Longā eēt h̄ec prosequi, ideo legētis cōtēplatiōi istoꝝ pleniorē cōsiderationē cōmittō. Ut enim beatus Thomas in summa cōtra gētiles testat, quāto homo deuotus ac pius incarnationē dei humilius & affectuosius pensat, tāto plures sibi rationes occurrūt huius supsanctissimae incarnationis, quā sapiētibus & prudētibus in propriis oculis abscondūt. Postremo sciēdū q̄ Chrūs secūdū neutrā naturā, dicitur virtus & sapiētia patris formaliter, quasi pater nō ēt potēs & sapiēs, nisi p filiū. Imō pater in seipso potēs & sapiēs est, vel potius virtus & sapiētia, sicut & sp̄s sanctus. Quomodo em̄ generaret filiū potētē ac sapiētē, si ipse in seipso potens nō esset ac sapiēs? Quelibet ergo diuina p̄sona cū sit absolute pfecta, est virtus infinita, & sapiētia vera immēsa, & om̄es simul sunt vna virtus & vna sapiētia absolute accepta. ¶ Quod aut in Ch̄o reuceat virtus & sapiētia dei, declarat ap̄lus: L Quia quod stultū est dei. I. i. quod est hominib⁹. L i. magis sapiētiale, seu sapiētialius factū est, q̄ homo excogitare valeat, vel intelligere, & quod infirmum ē dei. I. i. ad infirmitatem & imperfectionē dei spectare videt, putat laborare, fatigari, occidi fortius ē hominibus. I. i. efficacius ad saluādum, q̄ capere possit homo, omnēq̄ humanā fortitudinē superat, quia cœlestia vincūt terrena. Efficacia rāq̄ & meritum passionis, laboris, totiusq̄ cōuersatiōis Ch̄i, rationi vnitā deitatis, quodāmodo infinita cōsistunt. H̄ec autem sic se habere, patet in prædicitoribus euāgelicæ legis, & in cōuersis per eos ad fidem. Ideo subditur, L Videte. I. i. diligēter per pēdite, L vocationē vestrā. I. i. actiuam & passiuam, L fratres. I. i. à quibus vocati estis ad fidē, & quales vos qui conuersi estis, sitis, L quia nō multi sapiētes secūdum carnem. L hoc est, secūdum humanam sapientiam, L nō multi potētes. L subiectorum multitudine, seu lata dominatione, L nō multi nobiles. L carnis origine, quantum ad proximos parētes, sunt L inter vos. L Hoc intelligi potest tam de prædicatoribus, q̄ de Corinthiis conuersis. Apostoli em̄ & alij primi discipuli, pro maiori parte il literati, simplices, pauperesq̄ fuerunt. Tales em̄ elegit deus in prædicatores & apostolos, ne promulgatio fidei ascriberetur humanæ astutia atq; potētia. Et ne attribueretur om̄ino sim plicitati & ignorantiæ, voluit deus quosdā paucos habere prædicatores literatos, potētes ac nobiles, quales fuerūt, Paulus iste, Nathanael, Manahem, Barnabas, &c. Et similiter illi qui primo conuersi fuerūt, pro magna parte simplices, ignobiles & impotētes fuerūt, L sed quæ stulta sunt mūdi. I. i. illiteratos, quos mundus stultos putauit, L elegit deus. I. s. apostolos & aliios plures, L vt confundat sapientes. L seculi huius, hoc est, eos vere insipientes ostendat, abscondendo eis diuina mysteria. Per ap̄los quoq; victa, in nihilumq̄ redacta ē, horum vana sapientia, sicut & prædixit: Ego dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterūt resistere & cōtradi. F

Luc 21. cere om̄es aduersarij vestri. L Et infirma mūdi. L id ē, homines impotētes, L elegit deus, vt cōfundat fortia. I. i. potētes, dum isti impotētes p humilitatē saluātūr, potētes vero cū sua præsumptione damnātūr, L & ignobilia mundi & contemptibilia. I. i. homines ignobiles, à mūdo contemptos, L elegit deus. L ab æterno. I. i. tales prædestinavit ad vitā, L & ea quæ nō sunt. L id est, qui nihil reputabātur, L vt ea quæ sunt destrueret. I. i. illos qui magni habētūr i mūdo, & aliquid esse se putāt, humiliaret, præferendo eis abiectos & inopes, L vt nō glorietur om̄is caro in cōspectu eius. I. i. ne aliquis homo glorietur inaniter in cōspectu diuino aliquid boni, ascribēdo sibimetipſi, quasi sua sapiētia, potētia seu nobilitate saluatus sit, L ex ipso aūt. L id ē, dono & gratia dei, L vos estis. L per fidē & opera bona, L in Ch̄o Iesu. L capite n̄o, L q̄ factus est nobis sapiētia à deo. I. i. datus & missus ē nobis à patre, vt nos illuminaret. Ipse em̄ est lux illuminās omnē hominē, de quo scriptum est: Tempus requirendi dominū cū venerit qui docebit nos iustitiā. Et alibi: Exultate in dño, quia dedit vobis doctorē iustitiā. Ad Christum quoq; pater ait p Esaiā: Dedi te in lucē gētium. Factus ē nobis quoq; Chrūs, L iustitia. I. i. cau sa iustitiæ, satisfaciendo pro nobis p viam iustitiæ, & suo merito nos iustificās. Propter qđ & dictum ē Romanis: Sicut p vnius inobedientiam peccatores cōstituti sunt multi, ita p vnius obedientiā iusti constituentur multi, L & sanctificatio. L quoniam in baptismo mūdauit nos ab om̄i inquinamento, deinde in p̄cēnitētia sacramēto, L & redēptio. L q̄ patiēdo pro nobis, redemit nos. Totū igit̄ bonū, depēdet ac fluit à Ch̄o, L vt. L quēadmodū scriptum ē p Hier. 9 miā prophetā: L Qui gloria, in dño glorieſ. L nō in seipso, nec in aliquo bono sibi cōcesso ibi. L Coz. 10 sistendo, nec in rebus caducis vane exultet, sed solum in dño, laudādo, regatiando, contemplādo

A plando, diligēdo, & bene viuēdo. Sic em̄ in Hieremias legiſt: Nō glorię sapientia sua, & nō glorię fortis in fortitudine sua, & nō glorię diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur q̄ glo-  
riatur, scire & nosſe me. Sic gloriabat virgo Christifera: Exultauit (inquiens) spūs meus in deo  
ſalutari meo. Et Abacuc prophetas: Ego aut̄ in dño gaudebo, & exultabo in deo ſalutari meo.  
¶ Expositio Cap. II. Et ego cum veniſsem ad vos fratres. Arti. II.

**D**escripto conuenienti modo p̄dicationis euangelicæ, nunc declarat Ap̄lus, se vſum  
ſuisse hoc modo, & ait. Et ego cū veniſsem ad vos. ò Corinthij fratres. mei, ad  
p̄dicandū vobis Euāgeliū Christi, veni. i. vos accessi atq; affatus sum, L nō in ſub  
limitate sermonis. i. nō verbis altis, difficultibus & ornatis, L aut sapientia. i. non in  
altitudine naturalis philosophia, L annuntians vobis testimonij Christi. i. ea quę de Christo  
credenda ſunt. De q̄bus habetur in psalmo: Testimonia tua credibilia facta ſunt. L Nō em̄ iudi-  
caui. i. nō æſtimauſ nec maniſtaui L me ſcire, L quantū ad vſum ſcientiae exteriorē, L aliquid  
inter vos. minus capaces, L niſi Iesum Christū, & hūc crucifixū. i. niſi ea q̄ ad humilitatē, imi-  
tationē & paſſionē pertinet Christi: quia ſublimia de diuinitate iphus, & profunda eius myſte-  
ria vobis non p̄dicaui. Per hoc reprehēduntur p̄ſumptuofi & ſcioli, q̄ vbiq; optant ſuā ſcien-  
tiam demonſtrati, & ſtyli decorē ac ſentētiaꝝ profunditatē proponunt, vt docti putent. L Et  
ego in infirmitate. i. in infirmitatis ſimilitudine, qua factus ſum infirmis infirmus, proporcio-  
nando fortitudinē perfectiōis meæ capacitatē eorū & cōformando me vobis, quantū fieri po-  
tuit, L & timore. cordis, nō propter mala mihi imminētia (nō em̄ timui eos q̄ corpus occidūt,  
B nec timui deū offendere mortaliter, ſciens me cōfirmatū in bono) ſed propter pericula im-  
minentia vobis nōdū perfectis. Timui em̄ ne à diabolo, mūdo & proprijs cōcupiſcētijs falleremini, L & tremore multo. corporis, procedēte ex timore mētis. In tñ em̄ timui corde vt paſſio ti-  
moris redūdaret in mēbris, & faceret ea tremere, L fui apud vos & ſermo meus. factus q̄busdā  
ſeorsum, L & p̄dicatio mea. oibus vobis palā proposita, L nō fuit L in pſuafibilibus humanae  
ſapiæ verbis. i. nō i argumētatione dialektica verboꝝ decore ornata, ſeu pſuafione humana,  
q̄fi per talia principaliꝝ velle vos ad credendū inducere, ſeu fidē probare, L ſed. fuit L in oſtēſio-  
ne ſpūs. i. in manifestatiōe opeꝝ ſpūs sancti, L & i declaratiōe. virtutis. miraculog. Hoc di-  
cit, vel q̄a credētes per p̄dicationē ipfius receperūt ſpī ſanctū in ſigno ſenſibili, ſicut in primi-  
tiua ecclēſia ſepe fiebat. Vel, q̄a ſpūs ſanctus p̄ grām ſpecialē atq; miracula oſtēdit p̄dicationē  
Pauli eſſe ſalubre, & fidē catholica roborauit. Ideo ſubdit, L vt fides veftra nō fit in ſapiētia ho-  
minū. i. nō innata ſuam rationi, nec puteat ab hoībus excogitata & ficta. Errant ergo q̄ ſi-  
dem naturalibus ratiōibus demonſtrari poſſe affiſmāt, L ſed in virtute dei. i. diuina potestate  
ſtabiliat per certa miracula, ſicq; aeternā veritati innata vt fundamēto. L ſapiētiam aut̄. i. co-  
gnitionē ſublimē reꝝ diuinaꝝ, profunda myſteria fidei, & ea q̄ Ch̄ri diuinitatē concernūt, quā  
ſapiētia inter vos loqui nō poſſumus, propter imperfectionē & incapacitatē veftrā L loquimur  
inter pfectos. i. inter ſapiētēs p̄ modū collatiōis. Vel, inter pfectos ſeu capaces auditores per  
modū inſtructiōis. Perfectoꝝ nāq; eſt ſolidus cibus, L ſapiētia vero nō huius ſeculi. i. nō ſe-  
cularē ſapiētiam humana ratiōe ſuſſultā, L neq; principū huius ſeculi. i. nec ſapiētiam fallacē  
à dæmonibus acquiſitā, vel à philoſophis ſeu terrenis principiibus traditā, L loquimur q̄. prin-  
cipes, L deſtruunt. i. cū omni ſua ſapiā pereunt & dabant, L ſed loqmur. i. p̄dicamus L dei  
ſapiam. i. Christū, q̄ eſt virtus & ſapiā patris, L in mysterio. i. in ſacro ſecreto ſeu ſacramēto  
incarnatiōis, docēdo hāc ſapiam ineffabiliter incarnatā, iuxta illud: Verbū caro factū eſt. Vel,  
in mysterio. i. explanādo myſteria eius, q̄bus in veteri teſt. p̄ſignata eſt. Vel, loqmur eā in my-  
ſterio. i. ſub quodā occulto velamine, nūc em̄ videmus p̄ ſpeculum in enigmate, L q̄ abscondi-  
ta eſt. i. ignota filiis huius ſeculi. Vel hoc ideo dī, q̄a pfecte cōp̄rehēdi non p̄t, L quā p̄deſti-  
nit. i. ordinavit ac ſparauit, L deus. pater. ante ſecula. i. i. ab aeterno L in gloriā noſtrā. i.  
ad hoc vt p̄ eā conſequamur vitā glorioſam, beatitudinē q̄ aeternā. Ideo em̄ decreuit eā incar-  
nari, vt glorificemur p̄ ipsam. Vnde in prouerbijſ ait hāc ſapiā: Ab aeterno ordinata ſum, &  
ex antiquis, anteq; terra fieret. Dispoſuit eā pater, vt ipſa ſit obiectū beatitudinis nřā, & ita ſpa-  
rauit eā nobis, q̄bus & ſeipm p̄parauit, vt eū feliciter poſſideamus, L q̄ ſapiētia aeternā & incar-  
natā, L nemo (i. nullus) principū huius ſeculi. i. dæmonū, vel legiſperitoꝝ ſeu philoſophorū,  
L cognouit. cognitiōe certa ac ſtabili. Qūo aut̄ principes & dæmones cognouerūt Christum  
in mūdo cōuersantē, & qūo nō, in expositiōe ep̄la ad Rom. arti. 14. diligēter tractatū eſt, idcir-  
co nunc p̄termitto. Sed videt, q̄ iſtud nō poſſit exponi de principiibus ſeu legiſperitis Iudeoꝝ  
de illis quippe scriptū eſt: Ex principiibus multi crediderūt in eum. Et r̄ndendum, q̄ licet multi  
eοꝝ crediderint, tñ cōparatiōe incredulog. paucissimi erāt. Potest etiā dici, q̄ nō permāſerūt  
ſtabiles in credendo, maxime tpe paſſionis, L ſi em̄ cognouiffent. principes iſti Christum co-  
gnitione certa, L nunq; dñm gloriā. i. Christū, deū veꝝ, & dñm maiestatis L crucifixiſſent. L  
Si em̄ dæmones cognouiffent, certe nequaq; ſuggeſſiſſent ad mortem illius, a quo moriente no-  
uerunt ſe vincēdos ac ſpoliādos. Similiter hi principes Iudeorum cognouiffent, non procuras-  
G 3 ſent

sent à Pilato morte Chri. Per hoc autem quod Christus vocatur hic dicitur gloria manifeste probatur, D  
 John. 12. Quod sit verus deus, quoniam nulla creatura pura habet dominium gloriarum, sed sola participatione subiectam. Quod vero ista sapientia nobis aeterno parata, sit abscondita & principibus huius mundi ignota, probat apostolus auctoritate scripturarum. Sed sicut scriptum est per prophetam: Quod oculus corporalis, immo & spiritualis, non vidit. I.e. perfecte non cognovit, nec auris. s. corporis seu spiritualis, laudavit ab hoie puro, nec in cor hominis ascendet. i.e. a corde humano cogitari. Matt. 15. seu cōcipi nequit, immo nec ab affectu hominis capi potest, quia preparavit deus his quod diligunt illumini. i.e. praemium illud aeternum amatoribus dei paratum, videlicet sapientiam increata, diuinitatis frumentum, & cetera bona electis praestata, quae utique omnem notitiam, & affectum hominis in aeternum stimabili superat, nec aliquo modo sciuntur, nisi per revelationem diuinam. Ideo subditur, Nobis autem videlicet a apostolis & prophetis, revelavit deus per spiritum suum. i.e. per spiritum sanctum, qui corda nostra omni sapientia copiose profudit. Possit enim aliquis dicere Paulus: Si bona ista sunt inuisibilia, inaudibilia, & inexcoigitabilia, quoniam tu nosti eas. Et respondet apostolus, quod non per se ipsum, neque perfecte per speciem noscit iam ea, sed per illuminationem spiritus sancti in fide, seu per speculum in enigma. Scindunt quoque, quod apostolus hoc loco magis allegat sensum, quam verba Esaiae. Sic enim ibi scriptum est: Oculus non vidit deus absque te, quia preparasti expectatiis te: nec potest dici quod apostolus alleget scripturam hanc secundum translationem septuaginta interpretum. Illa namque non habet scripturam hanc, sicut Hieronymus saepe testatur. Quod autem spiritus sanctus potuit nobis ista revelare, patet per hoc, spiritus enim omnia scrutatur. i.e. spiritus sanctus vniuersa cognoscit, non solum creatura, sed letitia profunda. i.e. diuina secreta seu incomprehensibilia dei. que soli deo sunt cognita, videlicet diuina essentia, diuina sapientia, & quicquid in deo est. Et hoc probat apostolus per simile. Quis enim scit hominem quoniam sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? i.e. sicut nemo scit affectus & cogitationes atque secreta alterius, nisi anima eius, non alter, nec anima alterius, ita & quod dei sunt. i.e. diuina secreta, & quod in deo sunt, non nemo. i.e. nullus nouit, nisi spiritus dei. i.e. spiritus sanctus, & cui ipse revelat. Per hoc non excipitur filius a cognitione diuinorum, sed nec spiritus sanctus ab ista cognitione excipitur, cum filius ait: Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Tanta igit per se est diuina persona & conexio, ut una expressa, alia detur intelligi, nisi in his quod relative dicuntur. Ex his verbis apostoli probatur, quod spiritus sanctus sit verus deus dupliciter. Primo, quoniam perfecte cognoscit diuina seu deum, quod utique nullum creato intellectui convenit, immo in infinitum deficit a plena comprehensione dei. Secundo, quia apostolus ponit simile de spiritu hominis, quod ideo noscit quod homines sunt, quoniam intimus & cōsubstantialis est homini. Ergo & spiritus dei cognoscet quod dei sunt, intimus & cōsubstantialis est deo, quod creature non conuenit. John. 14. Nos autem non spiritum huius mundi. i.e. non animum seculariter, non affectum infante, non spiritum phytologicum colecturaliter diuinatem, accepimus, sed spiritum qui ex deo est. i.e. spiritum sanctum experientem & filio, tanquam ex uno fonte procedente, ut sciamus quod a deo donata sunt nobis. i.e. beneficia diuina cognoscamus & gratias, gloriemurque in domino, non in nobis. Vtile ergo est, ut homo diligenter consideret gratiam & misericordiam dei sibi concessam, immo vniuersa beneficia dei, naturalia & supernaturalia, communia & specialia, exhibita & promissa, quoniam ex hoc in dei amore accedit, deo promptius famuletur, gratiasque agendo mereatur, non solum considerari in bono, sed quotidie donis amplioribus adimpleri. Habet enim debitum, ei vero quod non habet, i.e. ingrato & quod videtur habere, auferet ab eo. Virgo 19. virgo deifera, hunc spiritum habet, agnouit quod a deo donata fuerat sibi, cum dixit: Beata me dicere oes gnatrices. Quia fecit mihi magna quod potes es, & sanctum nomen eius. Et Psalmus. Benedic anima mea domino & noli obliuisci oes retributio eius. Itēque: Quid retribuā domino pro omnibus quod retribuit mihi? L. quae beneficia nobis a deo collata, lognatur. i.e. alijs enunciā, non in doctrinis humanarum sapientiarum verbis. i.e. non stilo rhetorico atque poetico, sed in doctrina spiritus. i.e. secundum doctrinam nobis a spiritu sancto insulam, loquendo humili, simpliciter sermone & vera scientia, spirituibus auditoribus, spiritualem documenta comparates. i.e. proporcionabiliter datas seu proponentes, videlicet secundum capacitatē ipsorum. Inter tales enim sapientiam loquimur, quā inter imperfectos non loquimur, John. 8. quoniam capere nequeunt. Vnde subiungitur. Animalis autem homo. i.e. carnalis & vitiosus, cuius affectus & intellectus in sensilibus detinuntur, non percipit ea quae sunt spiritus dei. i.e. spiritualia bona. Sermo enim Prover. 8 iustitiae, mysticus intellectus, cetera quoque diuina ei non sapientia, nec delectatio in eis, propter sui interioris gustus infectionem. Sicut febricitas non gustat mellis dulcedine propter exterioris sui gustus corruptionem. Immo etiam quis sit homo in gratia, tamen si non dicit profecit in bonis, sed adhuc partim inclinat ad ista terrena, non sapit quod dei sunt. Nam & Petrus dixit salvator: Vade retro me Satanus, non sapit quod dei sunt, sed quod homines. Stultitia enim est illi. i.e. predicta spiritualia & diuina videbatur homini Ecclesiastico dicit: Execratio peccatori sapientia & non nisi animali stulta & vana, quemadmodum in Ecclesiastico dicitur: Execratio peccatori sapientia & non nisi. Psalm. 81. potest intelligere. per internū saporē ista diuina, quod per manet talis, qua spiritualiter examinatur. Psalm. 11. per spiritualē inquisitionē seu considerationē cognoscit esse animalis, ideo scitur non posse intelligere illa, vel spiritualiter examinari. ideo non intelligit haec, quae spiritualia non nisi spiritualiter discutiuntur, spiritualis autem homo. in quo est spiritus dei, iudicat. i.e. bene discernit, omnia ad sa-

2. Cor. 11 nostram societatem sub specie religionis à pseudo apostolo, L. qui fratres L. submiserunt nostrum Roman. 8 conuētum L. explorare L. i. obseruare & experiri Libertatem nostrā L. i. exonerationē ab obser Joh. 8 uantijs cærimonialiū legis L. quā habemus in Christo Iesu L. i. virtute & merito Christi, q nos ab onere tanto absoluti merito sux dignissimæ passionis, in qua figuralia impleta sunt, & finē sumpserunt. Introierunt ergo non recta intentione, sed L. vt nos in seruitutem L. legis, id est, ad Acto. 15 obseruātias legales L. redigeret L. quod erat onus adeò graue, quod neq; nos, neq; patres nostri Ecc. 40 ferre potuimus. Propter hos ergo restitimus, secundum quod subditur: L. Quibus neq; ad horam L. i. nullo tpi spacio, L. cessimus L. hac vice in Hierusalem, L. subjectioni L. i. ad hoc vt nos sux voluntati, aut legalium obseruationi subiicerent, L. vt veritas euāgelij L. id est, doctrina no ux legis, quæ docet cessasse legalia, L. permaneat apud vos L. i. in cordibus vestris firma & fixa 2. Timo. 2 constat. Aduersarij nanq; veritatis & fidei resistendum est rationabiliter, dum fides, seu veritas periclitaret, & talis resistētia nō p̄tinet ad impatiētiam, sed iustitiam. L. Ab his autem L. hoc Matt. 16 possidere, videlicet veri Apostoli, Petrus, Iacobus, & Iohannes, L. quales L. i. quām illiterati, pauperes, abiecti, & modici, L. aliquando fuerint L. antequām à Ch̄ro vocati erant, imo vscq; Matt. 4 post eius resurrectionem. Petrum nanq; & Iohannem p̄scatores fuisse certissimum est. Ideo Matt. 16 nihil mea interest L. i. ad me non pertinet de hoc magnam facere mentionem, ne videar eos contemnere, aut me ipsum iactare, qui ante conuerzionem mei doctus & diues, potens & nobilis eram, ut potè natus ciuis Romanus. Ideo etiam ad me non pertinet illud narrare, quia nec obest, nec prodest. Nam L. Deus p̄sonam hominis non accipit L. id ē. propter h̄ac naturalia & accidētia exteriora, non p̄fert vnum alteri, sed propter dona diuina & merita. Vnde non obest illis quod tales fuerūt, nec ideo sunt sp̄nēdi. Hinc etiam in Actibus Apostolor̄ astruit E Petrus: In veritate (inquiēs) comperi, quod nō est p̄sonarum acceptor deus. Nullum enim ad se redeuentem contemnit vel abīcit. Vruntamē ideo Paulus recitat ista, vt Galatae sciant eum non esse ignatum legalium, sed quantum ad humanam pertinet instructionem, p̄dictis Apostolis fuisse eruditiorem. Vnde constat quod ab eis doctus non sit. ¶ Deinceps demonstrato quod nihil in sua doctrina correxerunt, nunc manifestat quod nihil in ea suppleuerunt. L. Mihi autē qui videbātur esse aliquid L. i. p̄dicti magni Apostoli, L. nihil contulerunt L. de sa piētia. Nā qcqd ab illis audiui, ante cognoui ex reuelatiōe diuina. L. Sed econtra L. i. cōtra op̄i t Cor. 1 nionē aduersarior̄ meor̄, L. cum vidissent L. Apostoli isti L. quod creditum est mihi euāgeliū p̄p̄tū, L. i. quod mihi à Ch̄ro cōmissa ēēt p̄dicatio euāgeliaca gētibus incircūcisis proponēdā, L. sicut Petro L. creditū est Euāgeliū L. circūcisiōis L. i. p̄dicatio Iudeos in serēda. Non qd euā gelia ista sint diuersa aut alia, sed vñ euāgeliū diuerte noiatur, ppter diuersitatē hoīm qbus im p̄dīt. L. Qui em̄ op̄atus ē Petro in apostolatū circūcisiōis L. i. Chfsq; Petro cōmisit officiū ap̄stolatus sui exercere in p̄p̄l Iudeor̄, eos docēdo & cōuerterō L. op̄atus ē & mihi inter gētes. L. id ē, gētilium Apl̄m me cōstituit, & efficaciam inter eos mihi largitus est. Vnde dominus: Vas Acto. 9 (inquam) electionis est mihi iste, vt portet nomē meum coram gētibus. Et alibi ad Paulum: Veni, qd ad gētes lōge mittam te. Hęc quoq; nō sunt intelligēda p̄cise, sed appropriate. Nō em̄ sic dicitur Petrus Iudeis missus, quasi nō sit missus ad gētes, imo per eum primo cōuersi sunt Cornelius Cēturius, & qui cum eo erant Gentiles. Nec sic Paulus dicitur missus ad gētes, quasi nō sit missus ad Iudeos, sed sicut in Actibus legitur, ipse & Barnabas longo tpe p̄dicauerunt solis Iudeis. Sed ideo ista dicuntur, quia p̄cipue erat Petro cōmissa conuercio synagogæ. Paulo autē gētilitatis conuercio, Iudei quippe signa, Græci autē sapientiam querunt. Petrus ergo qui in signis p̄fūlſit, ad Iudeos cōgrue missus est. Paulus vero sapiētia singularis missus est Græcis. Non tamē simpliciter p̄fērēa videtur sapientia Pauli, sapientia archiāpostoli. 1. Timo. 2. L. Ecum cognouissent grām L. id ē, virtutē miraculor̄, & sapiē affluētiam, p̄dicationisq; p̄stantiam atq; aptitudinē, L. quæ data est mihi, Iacobus L. Alphaī, frater domini L. & Cœphas. Eph. 3 L. hoc est Petrus L. & Iohannes L. Euāgelistā L. qui videbantur L. id ē, certo sciebātur & cernebā- Joh. 1 Barth. 17 tur L. columnæ esse L. i. sua pfectiōe aliorum imbecillitatē sustētare, ecclesiam stabilire, & omni- Darr. 1 hus p̄fulgere, L. dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis L. i. ad suam societatē nos re- Acto. 9 ceperunt atq; in signis sodalitatis, & apostolicæ communionis dexteras suas nostris dextris inservuerunt, L. vt nos in gētibus L. p̄dicaremus Lipsi autē in circumcisōne L. i. inter Iudeos. Acto. 11 L. Tantū L. i. hoc solū adiecerūt L. vt pauperes memores essemus L. qui omnia sua vendētes p̄cium posueruntante Apl̄os, & postea fame exortā magna penuria fuerunt. Vnde Apl̄i rogaue- Acto. 4 runt Paulum & Barnabam vt Gentes conuersas hortaretur ad succurrēdum istis pauperibus. Acto. 11 L. Quod etiā sollicitus sui hoc ip̄m faceret L. i. h̄ac cōmissionē effectui commēdere, inducēdo gē- FINIS. tiles ad mittēdum eleemosynashis egenis. Patet nāq; in diuersis ep̄lis, q̄ sollicitus fuerit Paulus p̄ collectis. ¶ Sed circa p̄dicta queri p̄t: Cū Iacobus fuerit primus fideliū Iudeor̄ ep̄us, cur non potius ip̄se q̄ Petrus dicitur ordinatus Iudeorum Apostolus? Et respondēdum, q̄ licet primi-

**A** primituam ecclesiam rexit in Hierusalem, non tamen sic perambulauit Iudeam euangelizans  
 do ut Petrus. Cum autem venisset Cæphas. i. Petrus, Antiochiam uerbē gentilium in fa-  
ciam. i. manifeste Leirestiti qua in veritatis euangelicæ defensione par ei sui, quarephesibilis Acto. 11  
erat. incaute agedo. Prius enim quam veniret quidam ex Iudeis cōuersi, missi la Iacobo Acto. 10  
Antiochiam, cum gentibus cōuersis Ledebat. nō discernens inter cibos. Cum autem venissent  
predicti frēs à Iacobo & mulatores legis, q. Chrm & legē & quo iure venerabant, L subtrahebat &  
segregabat se. Petrus à cibo & cōsortio gentium timens. offendere aut scandalizare Leos  
 qui ex circumcisione erant. i. ex populo Iudeorū, nisi se hoc modo subtraxisset & fratribus à  
 Iacobo missis adiūxisset gentibus derelictis. Et simulationi eius videlicet Petri, qua se simula-  
uit seruare legalia, tanq; necessaria ad salutē, cum tamē ita nō seruaret ea. Simulauit enim se idem  
 sentire cum fratribus à Iacobo missis, q. etiā errauerūt, putates legalia de necessitate seruāda, sed  
 Petrus cōformauit se eis, vt eos paulatim corrigeret, cōsenserit Iudei ceteri. cōuersi ad Chri-  
stum Antiochiq; demorātes, vitādo cibos & comeditionē gentilium, Lita ut Barnabas. qui me-  
 cum erat ordinatus gentium Apostolus, duceretur ab eis. hoc ē, à Petro, & Iudeis Antioche-  
nis, in illam simulationē cuius exemplum vidi in Petro. Nam licet Antiocheni isti, & Bar-  
 nabas tanq; viri pfecti bene sentirēt de legalium cessatione, eadem tamē intentione se gentibus  
 subtraxerunt, & fratribus à Iacobo venientibus conformauerunt, qua & Petrus. Hac autem in-  
 discretā simulatio Gentes scādalizauit, iudiazare q̄ fecit, quoniam Gentes his visis arbitraban-  
 tur legalia necessario seruanda. Ideo subdit: Sed cum vidi sem. Ego Paulus quod non  
 rectē ambularent hoc est, non iuste nec vete conuersarentur, L ad veritatem Euangelij. i.  
**B** secundum euangelicę veritatis tenorem. Nam propter scandalum evitandum omiserunt ve-  
 ritatem doctrinę nouę legis, scdm quam legalia cessarunt post Christi passionem, quantum ad  
 obligationem & meritum, L dixi Cæphas. I tanq; principali L coram omnibus quoniam mani-  
feste fecit id pro quo corripi meruit, & vt eius correptione ceteri sanarent, gentes quoq; veri-  
tatem cognoscerēt. Si pro quia L tu. Pette L cum Iudeus sis. natione L gentiliter, & non  
Iudaice. i. secundum ritum & usum gentium cōuersaris, non Iudeorum L viuis. nō discer-  
nendo cibos, nec vitando gentiles communiter, quam̄ hac vice aliter agas, L quomodo. i. qua-  
 rōne L gentes. cōuersas L cogis iudaizare? i. legales cærimonias obseruare? Cogis (in qua)  
 tua cōuersatiōis exemplo, quamuis non cogas doctrinę imperio. ¶ Dicit sanctus Hierony-  
 mus: Hunc locum nobis obiecit Porphyrius, arguens Petrum de vitioso errore, & Paulum de  
 procaci increpatione, imò nos omnes deuicti dogmatis mendacio, dum inter se priuipes ecclē-  
 siarum discordant. Vnde ad satisfaciendum Porphyrio, & ad excusandum Petrum à culpa,  
 Paulum quoq; à præsumptione Hieronymus dixit: q. Petrus non vere neq; ex animo post  
 Chri passionem obseruauit legalia, sed solam quadam pia simulatione ac dispensatione ad vi-  
 tandum scandalum Iudeorū. Sicq; in prædicta subtractione & iudaizatione Petri erat simula-  
 tio in facto & apparentia. Et idem dicit Hieronymus de alijs Apostolis, qui post dominicam  
 passionem legalia obseruasse leguntur. Afferit namq; beatus Hieronymus, quod legalia statim  
 post Chri passionem omnibus erant mortifera, quibus gratia noui testamenti fuerat publicata,  
 sive veraciter obseruarent, ad quod multas authoritates & rationes adducit. ¶ Insuper dicit  
 Hieronymus, q. Paulus non vere, sed dispensatoria simulatione reprehēdit Petrum, quia nec  
**C** Petrus vere reprehensibilis fuit (vt dicit) ita qd Paulus & Petrus contradixerant sibi vt Petrus  
 se hoc modo à Gentibus subtraheret, & Iudeis misceret, atq; ob id Pauluseum argueret, vt vi-  
 dentes tantum Apostolum rep̄hēdi, cognoscerēt non esse obseruanda legalia, nec ea seruarēt.  
 ¶ Porro huic positioni Hieronymi, Augustinus contradicit, pr̄sentum in tribus. Primo igitur  
 ait: Quod Petrus & alijs Ap̄li post Chri passionem interdum ex certa causa veraciter seruauen-  
 tur legalia, vt patet in Actibus Ap̄lorum. Vnde simulatio Petri (de qua nunc factus est sermo)  
 non est intelligēda quantum ad opus exterius, seu exteriorē experiētiā, sed quantum ad cor-  
 dis intentionem, quoniam simulauit se consentire Iudeis, vt expostum est. Secundo dicit Au-  
 gustinus: Quod legalia ante Chri passionem viua atq; salubria erant, post promulgationem ve-  
 ro euangelicę legis fuerunt mortua atq; mortifera obseruantibus ea. Sed tempore intermedio  
 mortua erant, ita quod nullum obligabant, nec aliqd profuerunt, nō autē mortifera Iudeis cō-  
 uersis, q; sine peccato poterāt obseruare ad tēpus, ex rationabili causa, ita tamē vt spem in eis  
 nō figerēt, quasi alicuius essent virtutis, vel sine eorū obseruatiōe nō sufficeret gr̄a Chri ad veri-  
 tate salutis, sed à gentibus cōuersis nullo modo erāt seruāda. Lex quippe, vt ait Augustinus, nō  
 erat à Iudeis subito abhiciēda, sicut à gentibus idololatria, ne videretur nō fuisse diuina. Eratq;  
 mater synagoga cū honore ad tumulū deducēda, nō subito obruēda. ¶ Postremo, perhibet  
 Augustinus Petru à Paulo veraciter rep̄hēsum, ita q. Petrus venialiter peccauit, indiscrete seruā-  
 do legalia corā gentibus in scādalū earūdē cogēs eas iudaizare. Quod probat Augustinus p̄ hoc  
 quod Ap̄li nō debuerūt omittere veritatē doctrine, ppter vitādū scādalū Iudeorū. Itē, qm̄ nō  
 est verisimile, q. Paulus in ep̄la ad Galatas aliqd simulatorie scriberet. Rursus, si Petrus vere re-  
 prehen-

prehensibilis non fuit: Paulus nec verè, nec iuste scriptis, quod in faciem resistit ei, quia reprehensibilis erat, & quod non recte ambulauit ad veritatem Euangelij: Si enim in diuinis scripturis inuenia vnū mēdaciū, tota veritas eius nutabit. Hinc ergo Ecclesia magis cōsentit in hac parte dictis Augustini, quam sancti Hieronymi. Ad blasphemias quoq; Porphyri facile est respondere, videlicet qd nō derogat euāgelicę legis veritati, quod eius ministri quādoq; venialiter peccauerint, aut in aliquo modico (quod fidē directe nō respicit) erraverūt, qd in his quā fidem cōcēnūt, summa cōcordia est. Increpati etiā Pauli procax nō fuit, sed ex iusta libertate processit, quam & Petrus humiliter prulit, vt discat pr̄lati nō indignari, dum à subditis seu inferioribus iuste corripiuntur. Verūtamē beatus Hieronymus sup Esaiā quodam loco positionē suam multum seriose, instāter, & fortiter stabilire conatur. De hac vero materia in glossa plenius cōtinetur.

¶ Deinde ostēdit Aplūs, quod post Ch̄si adūētūm, & Euāgeliū p̄dicationē, carnales obseruatię legis cessauerint, ed quād iustificatio sit ex fide, nō autem ex lege. ¶ Nos. Apostoli. natura. i. naturali origine. ¶ Iudæi. sumus ex semine patriarchar̄ prodeentes, ¶ & nō ex gētib⁹. sumus. i. de numero & sorte gētilium. ¶ peccatores. idololatræ vt illæ, q. 1. Corin. 1. uis nō sumus ab om̄i p̄ctō immunes. Alibi tñ dicit Aplūs: Venit Iesu p̄ctōres saluos facere, quo rum ego primus sum, sed nūc dicit: Nō ex gētib⁹ p̄ctōres, qm̄ vitiā gētilitatis nō cōtraxerunt.

Epheſ. 2. Sc̄iētes autē ex reuelatiōe diuina, & scripturae notitia, quod nō iustificat homo. ¶ Iudæus 2. aut quicūq; alijs coram deo, Lex opib⁹ legis. dūtaxat. i. per sola opera legis, p̄sertim c̄rimonia, imd̄ nec per opera legis moralia sine fide, charitate, & gratia Christi. Ideo subditur: 3. Romāni. ¶ Unīsi per fidē Christi Iesu. Fides enim est prima virtus, sine qua impossibile est deo placere, nec sine ea vñquām alijs saluatus est. Sicut enim nos saluamur p̄ fidē qua credimus Christum ve- 4. Heb̄ico. 2. nisse, sic veteres saluabātur p̄ fidē Christi vēturi, imd̄ illoꝝ, & nostrum vna est fides, quāmis E fit modo magis expressa. Tres quippe virtutes theologicæ ad salutē requirūtūr, & in omnibus electis fuerūt, sicut & grā gratum faciēs. Hinc ergo: ¶ Et nos. Apl̄i om̄esq; Christiani. ¶ In Chri- 5. Heb̄ico. 7. sto credimus. i. de Christo fidē ei placētem atq; formatam habemus, ¶ vt iustificemur ex si- de & nō ex opib⁹ legis. fide seclusa. Opera autē legis propriæ appellātur carnales obseruatię sed facta ceremonialia, qd cum lege cōstituta terminata sunt. ¶ Propter quod sequitur quod Lex opib⁹ legis. sc̄dm se sumptis. nō iustificatur om̄is caro. i. nullus homo. Ponit enim par- tem pro toto, carnē. s. pro homine. ¶ Quod si nos ipſi quārētes. i. cupientes iustificari in Christo. hoc ē, infide & merito Christi, ¶ in uēti sumus & ipsi p̄ctōres. i. eo ipso qd q̄rimus in Ch̄ro iustitiā adipisci, p̄bati & declarati sumus eē p̄ctōres. Aliter enim nō quereremus in alio iu- stificari: ¶ nunquid Ch̄rus peccati minister est? ¶ i. nungd Christus q̄ iussit nos lege relicta ad se conſurgere, est peccati causa, seu ministrator, quod vt iqt̄ sequeretur, si lex sine fide & gratia Christi posset saluare. ¶ Absit. vt Christus dicatur peccati minister hoc iubēdo, quia nec ego peccavi legē deserēdo. ¶ Si enim quā destruxi hēc iterum rez dīfico. i. si opa legis quē om̄isi ac reprobaui, rursus assumo & approbo, ¶ p̄uaricationē me constituo. i. deum offendō, hoc fa- 6. Romaū. 8. ciedō. ¶ Ego enim p̄ legē. Euāgelicā. legi. Mosaicā. mortiuos sum. i. ab eius obseruatiā li- beratus ac mortificatus, ¶ vt deo viuam. vita grā in p̄senti, & vita gloria in futuro, custodiēs Phili. 3. legē Christi in omnibus sine quārela. Lex etiā Christi virtute sacramētorum suorum grām confert, sicq; iustificat, nō autē lex Moyſi. Ea vero quā hic dicūtur de insufficiētia legis scriptę & efficacia legis nouā in ep̄la ad Romanos plenius, subtiliusq; conscripta atq; tractata sunt. ¶ Christo confixus sum cruci. i. clavis amoris, & p̄ia compassiōis, ac cruciformis imitationis, simulcum Ch̄ro confixus sum cruci seu propria mortificationis labori, sequēdo vestigia eius, 7. Luce. 9. prout ipse ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsū, & tollat crucē suam quotidie, & se quatur me. Vnde alibi Aplūs: Qui enim sunt Christi, carnē suam crucifixierunt cum vitiis & con- 8. Galat. 5. cupiſcentiis. Qui autē Christo crucifixo ſeipm̄ cōformat, cruci eius affigitur, & ardor peccati virtute dñicæ crucis ipso extinguitur, habeatq; carnes diuino timore confixas, ne mēbra sua ad vitia solita extēdantur. ¶ Viuo autē iam nō ego. i. postquām Ch̄ro confixus sum cruci, vi- 9. Psalm. 18. viuo, & non viuo. Viuo enim nō solum vita naturæ, sed grā, nō vita humana, sed diuina, non vita carnali, mundana, & consueta, sed spūali, cceliformi, ac noua. Ideo subditur: ¶ viuit vero in me Christus. i. nō secundum meipm̄ viuo, seu ago, sed sc̄dm Christi inspirationē, voluntatē, atq; doctrinam. Ch̄rus ergo viuit in me. i. regnat in anima mea & possidet me, facitq; me in se vi- uere. Viuere autē est actum vitalē habere. Amor vero transponit & mutat amantē in amatum. Dum ergo homo in Christi amore succēditur, crescit, & p̄ficitur, moritur in semetip̄o, quia nō agit secundum propriam voluntatē, secundum naturalem inclinationē, secundum priuatū amorem, sed secundum diuinę charitatis instinctum, & Christi iussionem atque confitum. ¶ Quod autē nūc viuo. i. bene & meritorie ago. ¶ In carne. ¶ hac fragili. ¶ in fide viuo filii dei. i. 10. Iacob. 2. per virtutem fidei Christi ago, non propria p̄tate, aut legis subsidio. Iustus enim ex fide viuit, qui 11. Ecclesiast. 13. vero incredulus est, infideliter agit, ¶ qui dilexit me. ¶ sicut iſe protestat: Sicut dilexit me p̄, & 12. Johān. 13. ego dilexi vos. Rursusq; p̄ prophetā: In charitate p̄petua dilexite, ¶ & tradidit semetip̄m, p̄ me. ¶ prou

**A** prout dicit: Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro oibus meis. Hinc prophetat **Johann. 10** Tradidit (inquit) in mortem animā suā. Ecce q̄ affectuissima, prorsusq̄ dulcissima verba: qd **Esa. 53** em̄ generaliter pro omnibus factū est, Apl̄us propter ardētissimā ad Christū dilectionē, quasi pro se sola, vel singulariter factum est. Nā vt ait Chrysostomus: Hic est affectus serui sive lis, vt quod pro oibus cōmuniter fecit & pertulit Chrysus quasi pro se tantū putet illum fecisse & Chrysost. pertulisse. Et vtiq; merito hoc estimare debemus, qm̄ tanta est Christi misericordia, bonitas, & dilectio ad unumquēq; nostrū, vt mallet pro quolibet singillatim ac singulariter oia facere & sustinere, quæ pro oibus simus fecit & passus est, q̄ aliquē perire, quantū est ex parte ipsius. Nō abiō grām dei. **L. i. charitatē & beneficia diuina mihi per Christū collata, non sperno nec de** sero, legi finaliter inhārendo. **L. Si em̄ per legem iustitia. L. i. si virtute & actibus legis homo iu-** stificatur, remissionem peccati, & gratiae infusionē adipiscēdo, vt Iudæi cōfidunt, **L. ergo Chri-** stus gratis. **L. i. sine causa necessaria, & quasi superflue L. mortuus est, L. cū non sit mortuus secun-** **D̄ Thren. 4** dum scripturas, nisi propter hominis iustificationē, iuxta illud propheticum: Spūs oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris.

¶ Declaratio Cap. III. O insensati Galatæ. Arti. III.

**O** Stensa cessatione legalium ex perfectione euangelicæ legis, nunc idem ostenditur ex imperfectione legis Mosaicæ. **L. O insensati. L. i. stulti, insipientesq; L. Galatæ. L. Non Matth. 8** incurrit Apl̄us sententiā saluatoris dicentis: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, quia non ex contemptu aut malignitate, sed zelo & quitatis, & animo **Luc. 14**

**B** corrigēdi insensatos eos appellat. Sic em̄ & Chrs dixit discipulis: O stulti & tardi corde ad cre- dēdū, **L. q̄ vos fascinavit. L. i. more magorum ludificauit atq; decēpit vel more insufficientiū oculos falsitatis veneno immutauit & intoxicauit, L. nō obediēre veritati. L. i. verē p̄dicationi & iustis p̄ceptis euangelicæ disciplinæ, per quā legalia excluduntur. L. Ante quoq; oculos. L. i. in quoq; no titia evidēti L. Chrys Iesus proscriptus est. L. i. ad mortē damnatus, vel aperte descriptus. Hoc em̄ vobis certissime cōstat q̄ Chrys propter nostrā salutē adiudicatus est morti, ipseq; Chrys vobis clare notificatus, L. & in vobis. L. est L. crucifixus. L. i. crucifixio eius cordibus vestris inno- tuit. Vel, in vobis crucifixus, i. vestri amore mortē crucis sustinuit. Vel, in vobis crucifixus, i. ve stra infidelitate & culpa rursus quodāmodo crucifixus videt, quia sic peccatis in eū, vt qui eum crucifixerunt. Vnde & alibi de quibusdā asseritur: Rursus crucifigentes sibimetipſis filiū dei, & ostentui habētes. ¶ Scindū, q̄ fascinatio diuersis modis accipit, videlicet pro magicali ludifica- tione, pro inuidia, pro immutatione alterius, quā Avicenna dixit fieri posse sola imaginatione vnius in aliū. Quod Egidius de Roma in libro contra errores philosophorū satis redarguit. Fit tñ interdū p̄ quandā materialē effluxionē humorū nocentiū, aerem insufficientiū, sicut quorundā vrentes, infectiūq; oculū teneros lādunt pueros, in tantū vt escam euomant atq; fastidian. Propter qd pueri tales fascinari dicunt. Pro inuidētia quoq; sumi videb, cū in libro Sapientiæ dicit: **Sapiet. 4** Fascinatio malignitatis obscurat bona. Inuidus nāq; non solū sibijpsi, sed etiā his nocet in quibus aliqua bona esse incipiunt. L. Hoc solū. L. primo & p̄cipue L. volo à vobis discere. L. i. per modū discentis audire. Loquit̄ aut̄ Apl̄us ironice, & quārit̄ hoc nō per modū dubitatis, sed admī- rantis, vel potius ex obliquo apertissimū errore ostendentis. L. Ex operibus legis. L. i. virtute & merito obseruantiaq; legalit, L. spm̄. L. sanctum. L. receperistis. L. in signo visibili, sicut frequenter sie bat in primitiua ecclesia, q̄ baptizabant fideles, & manus aploq; eis imponebantur. Vel si Ga latæ nō receperūt spm̄ sanctū in signo tali externo, tñ tam copiosam grām p̄ceperūt, vt certissime pateret eos receperisse spm̄ sanctū. L. an ex auditu fideis. L. i. ex fide, quæ per auditū acquiritur dispositiue, à deo aut̄ efficiēter. Et qm̄ certū est, q̄ nō receperūt spm̄ ex operibus legis, q̄ gen- tiles erāt, legem nō habētes, nec obseruātes, sed ex fide. Nā cū ad apostoli p̄dicationē crederēt, & baptizarent, descēdit in eos spūs sanctus, idcirco in obseruatione legalium nō consistit salus ipsorum, aut aliorū gentiliū. L. Sic stulti estis. L. i. diuinorū cognitiōe priuati, L. vt cum spū. L. sancto operante in vobis, L. cooperitis. L. spūaliter viuere. Vel, spū. i. à spūaliter viuere, & interna deuotio ne, L. nūc carne cōsummemini. L. i. in carnalibus obseruātijs legis, & exterioribus exercitijs p̄fe ctionē quāratis, im̄d carnales & frigidi efficiamini. Hoc mō multi à spū ordiunt, & carnaliter terminant, procedētes ordine retrogrado. Conueniens eterni ordo est, à carnalibus ad spūalia scandere, non à spūalibus ad carnalia cadere, sicut his accedit. L. Tanta passi estis. L. i. tā vehemē ter decepti, fascinatiq; estis à falsis, L. sine causa. L. i. irrationalib; L. si tñ sine causa, L. quia fortassis propter peccata vestra meruitis sic ludificari. Vel deus propter aliquid melius illud permisit. Vel sic, Tanta passi estis. i. multa iā aduersa passi estis pro Chro sine causa. i. sine fructu & p̄mio. Nam legalia obseruādo, & fallacibus credēdo peccatis mortali, & omne meritū p̄didisti, si tñ sine causa. i. non absolute dico vos illa sine causa perppersos, qm̄ p̄cenitere potestis, sic q̄ reviuiscent opera meritoria, quæ ante viua fuerunt. L. Qui ergo tribuit vobis spm̄. L. sanctum, videlicet deus pater, L. & operat virtutes. L. i. opera virtuosa seu signa L. in vobis. L. Omnia em̄ opera no**

**Ela. 26**stra operatus est in nobis, L. ex operibus legis. L. hoc facit in vobis, L. an ex auditu fidei. L. Patet O autem

autem q̄ non ex operibus legis (quæ nunq̄ perpetra stis) deus hoc faciat, sed ex auditu fidei, se-  
 Gen. 15 cundum sensum inductū. Et ad hoc allegat scripturā, & exemplū Abrahæ patriarchæ. L Sicut  
 Ro. 4 Abraham credidit deo. L Sicuti Geneos testat historia: Credidit enī in ipem & contras p̄m,  
 L & reputatū est ei. L secundum diuinæ pietatis acceptationē L ad iustitiā. L i. actu fidei suæ iusti-  
 ficiatus est. L Cognoscite ergo, quia q̄ ex fide sunt. L i. per fidē agūt, & vere fideles cōsistunt, L hi-  
 Ro. 1 sunt. L spūales L filij Abrahæ, L imitando fidē ac deuotionē ipsius. L Prouidens aut̄. L i. prudēter  
 Gen. 22 prænuntians L scriptura. L seu deus in scripturis, L q̄a ex fide. L sine cærimonialibus legis L iusti-  
 Ro. 4 ficat gentes. L cōuersas, L deus p̄nuntiauit Abrahæ: q̄a bñdicen̄ in te. L i. in fidei tuæ imitatione  
 seu Christo ex te nascituro L oēs gentes. L i. aliqui de omni genere hominū. L Igitur qui ex fide  
 Gen. 12 sunt. L i. qui per fidem in deo esse meritorium habent, L benedicentur. L i. diuinarum gratiarū  
 Jaco. 1 collationem recipient L cū fideli Abraham. L i. sicut benedictus est Abraham merito fidei suæ.  
 Quāvis & illud meritū fuerit dei donū, cuius est omne bonū. ¶ Quod autē ex operibus cærimo-  
 nialibus legis nemo iustificetur, ostenditur. L Quicunq; enī ex operibus legis sunt. L i. virtute le-  
 galium se posse saluari confidunt, L sub maledicto sunt. L i. transgressionis periculo subiacent,  
 quam euadere nequeunt, quoniā Christi gratiam nō requirūt. L Scriptum est enī: Maledictus  
 Deute. 27 omnis. L vel simpliciter coram deo, Vel reprehensione aliqua dignus est L qui nō permāserit. L  
 per obedientiam, L in oībus L mandatis, L quæ scripta sunt in libro legis. L Moysi, i. in Deutero-  
 nomio, vbi resumunt sub cōpendio p̄cepta diuina, in alijs Moysi libris p̄scripta, L vt faciat ea. L  
 i. opere impletat, quo ad p̄cepta affirmativa. Hoc aut̄ sine fide & gratia Chri non potuit adim-  
 pleri, ideo lex mortē atq; damnationē ex occasione operabatur. Iussit enī, & tamen grām obe-  
 diendi non contulit. L Quoniam autem in lege. L scripta. i. virtute & cærimonialis legis, seclusa  
 fide & gratia Christi, videlicet per solam legem, & actus eius exteriore L nemo iustificabitur  
 Abacuc. 2 apud deum. L qui cordis inspecto est infallibilis, L manifestū est. L authoritate Abacuc prophe-  
 tæ, qui ait. L Quia iustus ex fide viuit. L Sic enī scriptura dicit: Ecce qui incredulus est, non erit  
 Heb. 10 recta anima eius in semetipso. Iustus aut̄ in sua fide viuet. Chrūs quoq; similia his loquitur s̄e-  
 Abacuc. 2 pe, vt est illud: Qui credit in me, habet vitam æternā. Et: Fides tua te saluū fecit, &c. L Ex au-  
 Johā 6 tem, L quantum ad cærimonialia, de q̄bus iam agitur hic, L nō est ex fide. L i. non principaliter  
 Lucē 7 innititur fidei, quum non sit de incomprehensibilibus, quorū est fides, L sed qui fecerit ea. L i. cæ-  
 rimonialia iusta impleuerit, L viuet in in illis. L i. corporalis mortis p̄cenas euaderet, sed vitā gra-  
 tiae non consequetur, nisi opera illa operata ex interna charitate & fide ducant originem. Insu-  
 per manifestat Apostolus, q̄ à Christo deriuetur ad nos iustificatio & benedictio. L Christus  
 nos redemit. L i. merito suæ dignissimæ passionis absoluit L de maledicto legis. L i. de iugo, dā-  
 natione & p̄cena, quā lex transgressoribus infligebat. Absoluit enī nos (i. Iudæos) ab obligatio-  
 ne seu debito seruandi legē, & per cōsequens à maledicto sequenti, L factus pro nobis maledi-  
 ctū. L i. pro nostra salute maledictionē hominū passus. Quia & culpā ei a scripserunt & p̄cnam  
 tanquā impio inflixerunt, quod totum ipse propter nos pati dignatus est, sicut per Psalmistam  
 Psalm. 68 testatur: Quę nō rapui, tunc exolutebam. Et: Tu scis improprium meum, & confusionem me-  
 Ibidē. am. Hinc quoq; Esaias dixit: Cum sceleratis reputatus est. L Quia scriptū est: Maledictus L ma-  
 Elia. 13 ledictione culpæ, & merito reprobatus L omnis. L homo L qui pendet in ligno. L pro suis scele-  
 ribus. Sed hoc in Christo locū nō habet. Qūo ergo Aplūs applicat autoritatē istam ad Chri-  
 stū nisi quantū ad hoc q̄ Chrūs, cū cæteris maledictis & impijs crucifixis reputatus est à repro-  
 Psalm. 87 bis, imd & assimilatus per p̄cenas? Propter qđ ait per prophetā: Aestimatus sum cū descēden-  
 Psalm. 21 tibus in lacū. Item. Ego aut̄ sum vermis, & nō homo, opprobriū hominum, & abiectione plebis.  
 Itaq; Chrūs nos Iudæos redemit de maledicto legis, L vt in gentibus, L quæ non erant sub legis  
 maledicto, L benedictio Abrahæ fieret. L i. gratia Abrahæ promissa diffunderetur, L in Chri-  
 1. Timo. 2 sto Iesu. L i. virtute & merito Christi, seu per Christū, tanquā per mediatorē, L vt pollicitatio-  
 Ro. 5 nem spūs. L i. æternā felicitatē à spū sancto (qui nobis datus est in pignus & arram futuræ bea-  
 Ephe. 1 titudinis) re promissam, L accipiamus. L post p̄sentis peregrinationis auxiliū L per fidē, L non p̄  
 opera legis, quibus lex ab Euangelio distinguitur, puta per cærimonialia seu iudicialia, de ope-  
 ribus aut̄ moralibus nō est sermo. ¶ Præterea probat Aplūs per humanæ consuetudinis obser-  
 uantiam, quod iustitia & beatitudo, & spū sanctus debetur per fidē, non per opera legis. L Fra-  
 tres, secundū hominē dico. L i. per humanā consuetudinē probo quod dixi: L Tamen hominis  
 testamentū confirmatū nemo spernit. L i. quāvis in rebus humanis sit magna instabilitas, tamē  
 hominis cuiuscunq; testamentū. i. ordinationē de successione hæreditatis confirmatū testi-  
 bus, signis seu morte testatoris. Testamentū enī in mortuis cōfirmatum, imd & immobilita-  
 tum est, nemo spernit, tanquā inualidum, L aut superordinat. L i. aliquid ei adiungit aut de reb⁹  
 alio modo disponit, si tamē sit homo rationabiliter agēs, fuerit qđ testamentū rite peractū. Mul-  
 EPIS T to igit fortius diuinæ dispositiōes seu promissiones firmæ erūt & invariabiles, de q̄bus subiungi-  
 Gen. 15 tur. L Abrahæ dict̄. L i. diuinitus fact̄. L sunt promissiōes. L diuersæ, vel vna frēquenter, vt patet  
 in diuersis cap. libri Geneseos. Facta est enī ei promissio de possessione terræ sanctæ, per quā  
 mysticę

**A** mysticæ designatur possessio terræ viuentiū, seu patriæ beator. De innumerabili q̄q; multiplicatione seminis sui, p̄sertim sp̄ualis. i. fidelū qui per fidē eius filij sunt. Et q̄ in semine suo benediceretur oēs gentes, & semini eius. i. Christo filio Abrahæ secundū naturā assumptā, factæ sunt promissiones, nō q̄ ad eū siebat, sed qm̄ pertinebat ad eū, tanq̄ implēdæ p̄ ipsum. Per Christū namq; data est benedictio oībus gentibus, q̄ erat principalis promissio Abrahæ facta. Ideo subditur. Nō dicit scriptura Genesis in seminibus, quasi in multis. i. promissionem factā semini Abrahæ scriptura non exprimit pluraliter, dicēdo ad Abrahā: In seminibus tuis benedic oēs gētes, qd faceret si de pluribus loqueret, sed quasi in vno. i. singulariter nominat semē istud, dicēdo, & semini tuo q̄ est Chrūs. i. in Ch̄o ex te nato benedic oēs gentes. Sic enī ad Abrahā dictū est: In semine tuo bñdicent oēs gentes. Hoc aut̄ dico. qd subdit scilicet testamentū confirmatū à deo. i. promissionē ad Abrahā factā, p̄ Christū implendā, videlicet de omniū gentiū benedictione in Christo, q̄ post quadringentos & triginta annos facta est lex. i. lex scripta, quæ facta est. i. Moysi data in monte Sinai post quadringentos & triginta annos à tempore promissionis, quæ primo facta est Abrahæ venienti de terra Chaldæ or̄. Nō irritū facit. i. promissionē p̄dictā diuino iuramēto formatā non falsificat, ad euacuandā promissionē. Hanc suo effectu, videlicet impediendo impletionē ipsius, qd tamen faceret, si p̄ legē daretur bñdictio illa q̄ est hæreditas sempiterna. Hæc enī promissio Abrahæ facta, & per semē eius (i. Christū) implēda, diu p̄cessit legis lationē. Si ergo bonū per eā promissum (puta bñdictio hac) daret per legē, Primo sequeret, q̄ nō esset ex promissione. Secūdo, q̄ frustra fieret mentio de semine Abrahæ, q̄ est Chrūs. Tertio, q̄ Abrahā, Isaac, Jacob & ceteri sancti q̄ ante legē fuerūt, diuina bñdictiōe caruissent neq; æternā hæreditatē essent adepti. Vnde certissime liquet, q̄ à principio mundi p̄ fidē Ch̄i futuri dabant hoībus bñdictio gr̄e & salutis. Sed q̄ rī potest, qūo ei qd nūc dicit Ap̄lus, legē data post annos quadringētos & triginta à promissione Abrahæ facta, cōcordet quod idē dicit Ap̄lus in actibus: Sorte distribuit eis terrā eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos. Lex enī data est primo anno egressionis ab Aegypto. Distributio vero terra facta est post quadraginta annos ab egressione p̄dicta, & ita secundū ratiocinationē hic habitā, distributio terra facta esset post annos quadringētos & septuaginta, vel circiter. Quærit etiā, qūo his cōcordet qd legit in Exodo: Habitatio aut̄ filiorū Israel qua manserūt in Aegypto, fuit quadringētos & triginta annos, qbus expletis, eodem die egressi sunt. Si enī tādiu in Aegypto manserūt, nō poterūt anni, de qbus iā tractat Ap̄lus, cōputari à promissiōe Abrahæ facta, sed ab ingressu Jacob in Aegyptū. Et r̄fidendum, q̄ anni de quibus Moyses in Exodo loquit, secūdum doctores, cōputant à promissiōe primo facta. Abrahæ vsq; ad legislationē. Porro ab exitu Abrahæ de Chaldæis cū primo facta est ei diuina promissio, vsq; ad descensum Jacob in terrā Aegypti, fluxerunt anni ducenti viginti. Deinde vsq; ad mortē Ioseph anni septuaginta unus. Inde vsq; ad egressum de Aegypto. CXLIII. qui simul iuncti, p̄dictū numeri constituunt. Anni vero de qbus in actibus legitur cōputant ab alio exordio, scilicet à nativitate Isaac (secundā Bedā) quādo & dictū est Abrahæ, q̄ semen suum accola esset in terra aliena annis quadringentis. Hæc secundū alios dicta sunt. Nō enī appolui cor meū hac vice ad considerandū tēpora ista attentius. Quod aut̄ promissio euacuaretur, si ex lege esset benedictio, pandit Ap̄lus. Nā si ex lege datur hæreditas. i. benedictio gratiæ seu vita, felicitas q̄ æterna, iam non ex promissione daretur, sed ex alia causa, videlicet lege, & ita Abrahæ esset frustratus spe sua, quod dici non p̄t, sicut subiungitur. Abrahæ aut̄ p̄ reprobationē de Christo ei s̄a pius factam, seu per fidē Christi promissi donauit deus. Hæreditatiā benedictionē cœlestē, de qua ad eum dicebat: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Sed quia ex dictis sequi videtur, q̄ lex oīno erat inutilis, quærit Ap̄lus, vt nostræ dubitationi respondeat. Quid igitur lex? i. cur data est, & quæ eius utilitas? Et responderet. Propter transgressiones. i. peccata hominum reprimēda ac punienda posita est. quatenus homines saltē timore poenæ quæ determinantur in lege, retraherētur à vitiis, donec veniret semen. i. Chrūs p̄ incarnationē mundū intraret, cui repromiserat. i. de q̄ deus promisit, q̄ p̄ ipsum implerent promissiones diuinæ. Sicut ad Abrahā dixit: In semine tuo bñdicent oēs gentes. Lex inquā ordinata. i. ordinate collata à deo p̄ angelos. Moysi. Vnde Stephanus dicebat Iudæis: Accepistis legē in dispositione angelorū in manu mediatoris. i. lex ista posita est in potestate Ch̄i, ita vt ipse eā posset mutare, & ei finē imponere, nec esset necessario ei subiectus. Propter qd aiebat: Dñs est filius hoīs etiam sabbati. Sic cōmuniter exponit. Sed videtur hoc loco p̄ mediatorē, Moyses posse intelligi, p̄ cuius manū. i. ministeriū data est lex. Moyses enī inter deū & populum Israel fuerat mediator, sicut & ipse interdū testat. Constat ergo q̄ lex data sit Moysi, non solū vnius ministerio angeli, sed multoq; quis cōmuniter nō fiat mētio in libris Moysi, nisi de angelo singulariter, qui etiā frequēter dñs nominat, cuius psona apparuit ac loquebatur. Mediator aut̄ vnius non est. dumtaxat, sed duoq; extremoq; inter quæ mediat, & ea connectit, L. deus autē vnuis est. in essentia. Tanq̄ dicat, L. icet Christus sit mediator. Timo. 2

## CAP. III.

## D. DIONYSII CARTHUSIANI

dei & hominū, est tamen idē deus cū patre & spū sancto. L Lex ergo aduersus promissa dei: ] D  
*i. cū lex propter transgressiones posita sit, nunquid ex hoc sequitur, legē esse contrariam pro-*  
*missioni diuinæ, ita vt irritam faciat eam, eo q̄ ex ipsa lege detur hæreditas sempiterna, & non*  
*potius ex promissione diuina, sicut promissionis forma continuit: q̄ si esset, lex promissionem*  
*excluderet. L Absit. ] Vnde q̄ non sit ita, subiungit. L Si em̄ data esset, per Moysem L lex, quæ "*  
*posset viuiscare, vitā gratiæ conferendo, L vere ex lege L i. obseruatiæ legis L esset iustitia in "*  
**Ro. 6** *fusa & meritoria, quæ efficit dignū vita æterna, & non ex promissione. L Sed conclusit. L i. esse "*  
**Ro. 7** *ostendit, conuicit, & accidēter fecit L scriptura L i. lex scripta L omnia L genera hominum, seu "*  
**Ro. 3** *oēs Iudæos L sub peccato, non solū originali, sed etiam actuali. Per legem em̄ erat peccati co-*  
*gnitio directe, & item peccati augmentatio indirecte. Primo, quia in vetitū nō timimur. Secundo,*  
*quia post prohibitionem peccare, grauius est q̄ ante, L vt promissio L i. promissa beatitudo &*  
**FINIS.** *gratia L ex fide Iesu Christi daretur credētibus. L Per fidē em̄ Christi salutē consequimur.*  
**EPIST** *¶ Ostensō q̄ lex retraxit à malo, iam declarat qd disponebat ad bonum. L Prior aūt q̄ veniret "*  
*fides. L Christiana. i. anteq̄ catholica fides publicata fuisset L sub lege custodiebamur. L i. per le "*  
*gis obseruationē ab aduersariis nostra salutis protegebamur, L conclusi. L i. de necessitate in-*  
*ducti, nos Iudæi, de qbus ista dicunt, L in eam fidē quæ reuelanda erat. L i. in fidē catholicā, in "*  
*qua publice credenda proponuntur, quæ in veteri testamēto occultabantur. Non em̄ potue-*  
**Heb. 11.** *runt Iudæi per legē saluari, nisi habendo fidē de Christi aduentu, ita vt ad fidē confugere coge-*  
*rentur. L Itaq̄ lex pädagogus. L i. manuductor L noster. L scilicet Iudæos L sunt in Christo. L i. E*  
*secundum Christi voluntatē ac dispositionē, qui ita instituit vt Iudæi per legē quasi manude-*  
**Pro. 19** *rentur ac dirigeretur ad salvatorē & fidē explicitam. Vel, in Christo Iesu. i. in obseruationibus*  
*mādatoḡ à Christo dator, sine quibus lex nullum ad vitā perduxit, L vt ex fide iustificemur. L*  
*credendo in Christum. Dicitur autem pädagogus proprius ductor puerorum, seu pueri. A ῥῶ*  
*τὸ παῦλος, quod est puer, & γεννητος. Quemadmodū ergo pädagogus puer insolentē &*  
*imperfectū ad perfectionē perducit, vitia eius p̄ penas & minas cōprimēdo, sic lex populū*  
*Israel carnalē ac rudē p̄parauit ad Christū. Deinceps tangitur legis cessatio. L At vbi. L i. qn̄*  
*seu post q̄ venit fides. L catholica. i. cū promulgata est fides euāgelica, L iam nō sumus sub pæ*  
*dagogō. L i. ad legis custodiā non tenemur. L Oēs em̄ filii dei estis. L adoptiui L p̄ fidē L formatā*  
*L in Christo Iesu. L i. per fidē Christi, seu existente in Christo sicut in obiecto. Vnde Iohannes*  
**Johā. 1.** *Euāgelista testat: Quotquot receperunt eū, dedit eis potestatē filios dei fieri. L Quicūq; em̄ in*  
*Christo. L i. in nomine Christi, vel in forma à Christo p̄scripta: videlicet, in noīe patris & filii*  
**Matt. 28** *& spūs sancti L baptizati estis, Christū. L spūaliter L induistis. L i. ḡf a eius ornati, eiusq; passio-*  
*ni ac morti cōformati estis, habētes Christū in cordibus vestris morantē. De hac materia ple-*  
**Ro. 6** *nus dictū est supra ad Roma. L Nō est Iudæus neq; Græcus, nō est seruus neq; liber, nō est mas*  
*culus neq; feminā. L i. diversitas generis, cōditionis & sexus nil facit q̄tū ad fidei statū & dignita-*  
*tē, non em̄ propter ista est alius melior alio, sed propter dona infusa & supernatura. L Onies*  
**Act. 10** *em̄ vos. L baptizati, cuiuscūq; fritis generis, cōditionis aut sexus, L vnū estis. L p̄ fidē & charitatē,*  
**Joban. 17** *& vnū mysticū corpus, L in Ch̄ro Iesu. L Secundū quod ipse orabat: Pater rogo vt oēs sint vnū*  
*sicut tu pater in me, & ego in te, vt sint vnū cōsummati in vnū. L Si aūt vos Christi. L estis. i. p̄*  
*fidē & grām ad Christū pertinetis, L ergo semen Abrahæ estis. L i. spūales filii eius, sectādo ipsi-*  
*us vestigia L secundū promissionē. L Abrahæ factā, L hæredes. L vitæ æternæ. i. futura beatitudi-*  
*nis possessores eritis, sicut promissum est Abrahæ, si em̄ filii & hæredes. Eadē quoq; ratione si-*  
*Ro. 8* *deles vocari possunt filii Jacob, Isaac atq; similiū prophetar̄ & patriarchar̄. De cessatione aūt F*  
*Zac. 13* *legis p̄fata dicit salvator: Lex & prophetæ vscq; ad Iohannē Baptis̄tam.*

¶ Elucidatio Cap. IIII. Dico aūt, quāto tēpore hæres paruulus est. Art. IIII.

**EPIST** *P Robata legis cessatione p exempla & rōnes, nūc idē ostendit p humanæ consuetudi-*  
*nis similitudinē. L Dico aūt. L qd subditur. s. L quāto tpe. L i. q̄diu L hæres paruulus est. L*  
*i. infra annos discretionis, L nihil differt à seruo. L quantū ad liberū vsum hæreditatis*  
*sibi relictæ, sed cogit disciplinari rigore, nec aliquid facere, aut propria dispensare p-*  
*mittitur, nisi iuxta voluntate eorū quibus à pārētibus est cōmissus, L cū sit dñs omniū. L i. quis to*  
**Bene. 7** *ta hæreditas ad eū p̄tineat, L sed sub tutoribus. L i. defensoribus, q̄ eum ab aduersariis protegat,*  
*L & actoribus. L i. causatoribus seu curatoribus, q̄ causas eius expediāt eūq; in morib⁹ instruāt*  
*L est, vscq; ad p̄finitū. L i. determinatū L tēpus à patre. L eius, videlicet vscq; ad annos discretionis,*  
*vel amplius, prout patri placuerit. Solebat em̄ antiquitus patres morituri determinare, vt vscq;*  
*ad illud vel illud tēpus filii sub tutori & acto dominio essent. L Ita & nos. L Iudæi L cū essemus*  
*paruuli. L i. virtutibus imperfecti, & in diuinoq; notitia modici, L sub elemētis mūdi huius. L i.*  
*sub cārimonialibus legis p̄ceptis L eramus seuiētes. L dño deo, seruitute incōpleta & superficia-*  
*li. Dicunt aūt p̄cepta cārimonialia elemēta, qm̄ erant quādā primordiales institutiones ad fi-*  
*dēatq; iustitiā. Appellant q̄b elemēta mundi, quia terrena bona habebant in p̄mium secun-*  
*dūm legis promissa. Hæc autem legalia, sub quibus domino ministrabant Iudæi, eis erant tuto-*  
*res,*

**A**res, id est contra dæmonū insidias, defensores & actores, qm̄ causam eorū et coram deo agebant, qui p̄ sacrificia placabatur. At vbi venit plenitudo temporis. i. statim cum adimplatum esset tempus diuinitus ordinatum, ut in eo filius dei fieret homo. misit deus. pater, paterna auctoritate. i. in mundo visibiliter apparere, cōuerſari & voluit, filium suum. vñigenitum sibi cōsubstantiale, coeternū & coę qualem. Non itaq; misit pater filium suū, quasi filius in sui missione locū mutauerit, cū sit immensus, & oīa implens, sicut & pater, sed & ideo missus dicitur, qm̄ patre volente & operante carnem assump̄it, atq; in mundo nouo modo apparuit, factū. i. genitum, secūdū assumptam naturā, ex muliere, in uiolata virgine benedicta, de qua Hieremias Hier. 31. vaticinabatur: Nouum creabit dñs sup̄ terram, mulier circūdaquit virum. Est autē Hebræi idiomatis consuetudo, vt quæ cunq; fœminei sexus persona, mulier nuncupetur, factū sub lege, i. legis p̄ceptis sponte subiectum, in circūcisione, oblatione, & alijs multis, vt eos q̄ sub lege erant. i. Iudæos legalibus mandatis astrictos redimeret, merito sua humilitatis ac passionis. Non solum à morte peccati & gehennæ, sed etiā à legaliū obseruatione, vt adoptionē si liorum. i. effectū adoptionis diuinæ, qua adoptantur hoīes à deo, videlicet grām gratificantē in p̄senti, & gloriam consummantē in celo. recipemus, Christi em̄i descensio, nostri est sublimatio, & eius incarnatio, nostri vtiq; deificatio creditur. Hæc de visibili missione filij dei inducta suar. Est autē & alia, videlicet inuisibilis, missio filij dei, qua ad animas sanctas atq; fides increatae dei sapiētia mittitur, iuxta illud Sapiētia: Mitte illā de ccelis tuis, vt mecum sit, & me cum labore. Porro quid ex diuina adoptiōe sequat̄ in nobis, pandit Ap̄lus. Quoniam autē estis. i. Galatæ, ceteri & fideles filii dei, adoptiū ab æterno electi, idcirco in signum filiationis istius misit deus. pater spiritum filij sui. i. spiritū sanctum à patre, filio & manentē tanquam ex uno principio, & eosdē ne carente. in corda nostra. i. dona sp̄s sancti vbiq; existentis, mentibus nostris infudit. Tunc em̄i sp̄s sanctus dari & mitti afferitur, cū dona eius gratificantur, sicut plenius dictū est supra, clamantē. i. nos fiducialiter clamare faciēt ad deum omnipotentē & trinum, O. Abba pater. Duo noīa ista idē significant. Abba autē est nomen Hebræū, quod noīe patris exponit. Itaq; sp̄s sanctus probat nos esse filios dei. Nā vt probaremur adoptati à deo in filios, sp̄m suum tribuit nobis in signū & arrā, vt ostendat affectum patris in nos, detq; fiduciā appellandi deum patrē. Ex his infert Ap̄lus. Itaq; i. qm̄ sp̄s sanctus facit nos clamare, Abba pater, iam. tempore euāngelicæ legis non est. aliquis vere credentium seruus. subiectus seruitio timoris. De quo seruo scriptū est: Seruus nō manet in domo in æternū. Et alibi: Iam nō dicā vos seruos, sed amicos, sed filius. Iest. Quod si filius. Idei adoptiū est homo credens, sequitur q̄. & hæres. vitæ æternæ erit per deū. i. à deo, vel p̄ misericordiā dei. Vnde dicit: Filius manet in domo in æternū. Sed tūc quidem. i. tempore gentilitatis vestræ. Ignorātes deum. Verū. His q̄ natura nō sunt dii, sed vana hoīm & similitudine. i. qui veram deitatem non habēt, seruiebatis. videlicet idolis & creaturis potius q̄ creatori. Insuper increpat in gratitudinē Galataq;. Nunc autē cum per meam p̄dicationē, & sp̄s sancti illustrationem cognoveritis deum. fide formata, quandiu stetis in gratia. imo cogniti estis à deo. per approbationem ad minus secundum præsentem iustitiam quando in gratia statis, quomodo cōvertimini iteq;. i. à fide & cultu nouæ legis reditis. Ad infirma & egēa elemēta. i. præcepta legis cærimonialia. Quæ dicuntur elementa, propter rationē prædictam. Dicuntur quoq; infirma, qm̄ non sufficiunt ad salutem. Et egēa, eo q̄ gratiam nō cōtinebant nec iustificabant. Sed cū Galatæ ante sui conuerſionē gentiles fuerint, nec vñquā seruauerint legē, qūo dicit eis apostolus: Conuertimini iteq; ad infirma & egēa elemēta. Qui bus denuo seruire vultis? Respondet Hieronymus, quia tempore nouæ legis obseruantia cærimonialium, idē, seu par peccatū est cum idolatria. Dies. videlicet sabbata, dies azymoꝝ & expiationū. obseruatis. i. colitis atq; attenditis, more ac ritu Iudæoꝝ, & menses. i. neonias, & mensem primū ac septimum, & tempora. regressionis ex Aegypto & annos. i. annum septimū remissionis, & quinquagesimū iubilēum. Quidam exponūt hæc de reditu ad idolatriam, & de superstitione obseruatione temporoꝝ, elementoꝝ, ac sydeꝝ, secundum quā aliqui dicunt. Tali tempore, die seu anni initio nihil est inchoandum, agendum, seu patiendū. Sed non videtur prīnere ad p̄sens, non em̄i reprehenduntur Galatæ de reditu ad idolatriam, sed q̄ pseudoapostolis crediderunt, qui vtq; non idolatriam, sed legalia docuerūt. Timeo vos. i. de vobis, vt qui iam à deo deuiatis, ne forte sine causa. i. fructu & utilitate laborauerim in vobis. p̄diciando, & alia bona ad vestri conuerſionem spectantia operādo, timeo nanc̄ ne penitus pereatis. Estote sicut ego. legalia dimittendo, sicut ego ea dimisi, quia & ego sum sine legē. sicut & vos. sine ea fuistis, & nūc esse debetis. Præterea sanctus Apostolus more sapientissimi medici post asperam correptionem, adiungit dulcē & consolatoriā admonitionem, pristina quoq; Galataq; bona commendat, ne consideratione præteriorum malorū desperent. Fratres obsecro vos. i. per sacra rogo, videlicet conuersti ad euāngelicā veritatē. Et fiducialiter obsecro, nā. Nihil me læstis. i. in nullo me offendit is directe quo

nobis sine meritis nostris ineffabili pietate largitus est, ex cuius beneficij consideratio nobis alijq; fideles in laudem & gloriam dei erumpere debemus, nos qui ante sperauimus in Christo. Id est, nos apostoli, qui ante eos qui per nostram prædicationem conuersi sunt, Christo per fidem & spem inhaesimus. In quo Christo, hoc est, cuius ordinatione & adiutorio, & vos Ephesii, cum audissetis non solum auribus corporis, sed etiam cordis, verbum veritatis scilicet, Euangelium salutis vestrae, i.e. doctrinam Christi annuntiantem hominum liberationem, in cuius doctrinæ obseruatione salus vestra consistit, in quo & credentes, i.e. cui euangelio fidem adhibentes, signati estis id est, inter electos computati, & à perueris distincti, certis diuinæ prædestinationis indicis, quorum unum est illud: Qui ex deo est, verba dei audit. Et Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud, spiritu promissionis sancto id est, virtute & operatione spiritus sancti electis promissi, iuxta illud in Luca: Ego mitta promissum patris mei in vos. Vt spiritus sanctus dicitur spiritus promissionis, quia promittit vitam æternam, qui spiritus sanctus est pignus hereditatis nostræ hoc est, arrafutæ felicitatis. Quia per eius inhabitationem, inspirationem, consolationem, ac cetera dona certificamur de beatitudine subsequente. Ex perceptione quippe presentium munier, certa fit expectatio futurae. Dicitur ergo spiritus sanctus pignus hereditatis quam habituri sumus in patria, quia per modum pignoris interim nobis confertur. Pignus enim est loco rei non habite, estque eiusdem valoris cum ea. Deus autem est nostra felicitas atque hereditas obiectalis, quævis fruitio dei fit hereditas nostra, felicitasque formalis. Hanc autem hereditatem nondum habemus in re, sed spiritus sanctus quem interim habemus per suam gratiosam inhabitationem, est eiusdem valoris cum ea, immo ipse realiter idem cum ea est, sed diverso habetur modo in via & in patria, ideo modo vocatur pignus, in patria autem vocatur hereditas. Veritatem (vt in glossa quoque Augustini testatur citata verba) conuenientius dicitur spiritus sanctus arra, quam pignus, quoniam pignus auferitur cum promissum vel debitum soluitur. Arra vero cum sit pars pretij non auferitur, sed completur cum solutio agitur. Quoniā ergo in perceptione futuræ atque cœlestis hereditatis spiritus sanctus non auferitur electis sed plenius datur, idcirco aptius nuncupatur arra quam pignus. Nihilominus quoniā spiritus sanctus dicitur nobis dari per dona sua. i.e. propter hoc quod dona sua nobis præstatur & aliqua dona sua propter imperfectionem inclusam non manet in patria, ut fides & spes, ideo quantum ad hanc dona spiritus sanctus ratione pignoris habet. Sic enim auferitur quantum ad modum, venientibus dotibus quæ fidei & spei succedit. Quantum vero ad dona quæ manet & perficiuntur in patria, qualia sunt: charitas, sapiëtia, timor filialis, spiritus sanctus proprius dictus est arra. In redemptione acquisitionis hoc est, in liberationem salvificam, per quam adipiscimur vitam æternam, videlicet ut iugo peccati, demonumque per gratiam spiritus sancti eripi, salutem acquiramus perpetuam. De qua ait Petrus: Vos genus electum, gens sancta, populus acquisitionis, in laude gloria eius. i.e. ad præconiū diuinæ beatitudinis ac maiestatis, puta ad hoc, ut diuinæ naturæ beatitudinem ac maiestatem grata mente laudemus. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus. Denique litera ista quantum ad tenorem verbos non nihil trucata est, unde supplere oportet. Ut cum dicuntur: In quo & credentes, fiat pucti distinctione, sicque facile elicetur sensus perfectus. Et quia bonus prelatus, immo & quilibet proximus de salute alterius ex vera charitate latari, & domino gratias agere debet, subiecit aplaus. Propterea & ego audiens à narratibus, veletiā ab interna loquutione spiritus sancti, fidem vestram que est in Christo Iesu puram, sanctam, christianam atque catholicam, & dilectionem habitualē & actualē, quam ostendit, in omnes sanctos hoc est, in vniuersos veraciter christianos, quibus in spiritualibus ac temporalibus benefacitis, prout casus occurrit, facultasque suppetit, non cessu cōgruētibus horis, gratias ages deo pro vobis. i.e. propter beneficia vobis impensa, memoriam vestri facies. i.e. vestri recordas, in orationibus meis quibus pro vestro profecto oro, ut deus domini nostri Iesu Christi, i.e. verus deus, qui est deus Christi prout homo. Sic enim quilibet diuina persona, totaque simul superbeatissima trinitas deus est Christi. Qui deus est, pater gloria id est, sons & origo omnis sanctæ latitiae. Vt pater gloria id est, maiestatis altissima, det vobis spiritum hoc est donum, sapiëtiam quae est vnu ac summum septem donorum spiritus sancti. Vt spiritus sapiëtia, i.e. spiritus sanctus dator sapiëtiae habitualis, & revelationis actualis, i.e. illuminatio ex habitu sapiëtiae & motione spiritus sancti procedet. Non enim sufficit nobis gratia aut sapiëtia habitualis, sed requiritur insuper actualis motio spiritus sancti excitatis habitu ipsum in actum, cuius motione efficitur anima cito capax per habituala septem dona spiritus sancti, quæadmodum capax est motionis propriæ rationis per habitus virtutum. Det itaque vobis spiritum sapiëtiae, in agnitione eius, i.e. ad cōtemplandum deum, quod est, illuminatos habere oculos cordis vestri, i.e. habere intellectum speculativum ac practicum, diuinitus illustratum, ut sciatis, & sciendo iuste vivatis. Sciat inquit, quae sit spes vocationis vestrae, hoc est, bonum speratum siue felicitas ad quam diuinitus inuitamur, & quae diuitiae id est, spirituales opulētiae seu plenitudines copiosæ, gloria hereditatis eius. i.e. gloriæ

**A**riosæ felicitatis dei, quam exhibet, in sanctis, in patria. Beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus, iuxta Boetium. Unde quamuis beatitudo dei in seipso sit simplicissima, beatitudo quoque quam electis infundit, secundum suam essentiam simplex sit, scilicet visio dei, quæ est tota merces; dicimus tamen secundum nostræ intelligentiæ modum, quod in deo sit omnium bonorum copiosissima opulentia atque ditissima plenitudo. Beatitudini autem creatæ quæ communicatur beatis, multa iunguntur perficiencia eam, videlicet dilectio, delectatio, &c. quæ dicuntur diuitiæ gloriose hereditatis seu beatitudinis nobis promissa. Orat ergo Ap[osto]lus ut beatitudinis huius diuitias magis perfecte cognoscant, Sciatis præterea & quæ sit supere-minens magnitudo, hoc est incomparabilis sublimitas, summaq[ue] gratia, virtutis eius in nos id est diuinæ potestatis gratiam tantam cordibus nostris infundetis, quod credidimus in Christum, atque primitias sp[iritu]s sancti receperimus, secundum operationem potentiarum virtutis eius, hoc est secundum efficaciam eius diuinæ potentiarum, quæ virtus vocatur, cum sit potestas consummata atque perfecta. Realiter tamen idem sunt, præsertim in deo, potentia activa & virtus, quamvis potentia secundum quosdam, dicat potentiam absolute; virtus autem complementum potentiarum, quam virtutem operatus est, i. operando monstrauit, in Christo, mortuo ac sepulto, suscitans illum à mortuis. tertio die, & constituens, hoc est firmiter ponens eum ad dexteram suam, i. in potioribus bonis suis, videlicet in summo honore, dignitate & gloria, in cœlestibus, i. in cœlo empyreo, supra omnem principatum, id est angelos de summo, seu tertio choro infimæ hierarchiæ, & potestatem, hoc est angelos de infimo choro secundæ hierarchiæ, & virtutem, i. angelos de medio choro eiusdem hierarchiæ, & dominationem, i. angelos de summo ordine hierarchiæ secundæ. In hac authoritate fundat se beatissimus theologorum princeps Dionysius, ponens principatus in infima hierarchia. Constituit quoque eum in die ascensionis, quo ad naturam assumptam, & supra omne nomine, id est ultra omne ens nominatum aut nominabile, quod nominatur, id est exprimitur, scitur, vel esse perhibetur, non solum in hoc seculo variabili, sed etiam in futuro, i. in patria nominabitur aut sciatur, i. ultra omnem creaturam terrestrem & cœlestem, corporalem ac spūalem, sublimauit Christum, quo ad humanitatem assumptam, immo sola humanitas Christi propter uniuersum suam personalem cum verbo, præstantior est toto vniuerso simul accepto. Et oīa subiecta sub pedibus eius, i. vniuersa creata Christi potestati atque imperio, immo & inferiori eius naturæ (quæ noīe pedum intelligi potest) deus pater plenissime subdidit. Unde ipse ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, & ipsum Christum, deus pater dedit, i. constituit caput, i. principale, supra omnem ecclesiam, militantem ac triumphantem, quæ est corpus ipsius Christi mysticum, quoniam vnitur ei ut capiti per communionem naturæ, participationemque gratiarum. Est quoque ecclesia plenitudo eius, videlicet Christi, vel quæ ab ipso donis gratiarum adimpleatur, vel quæ facit ad hoc ut Christus omnia membra sua mystica habere dicatur, qui existens secundum diuinitatis naturam, omnia in omnibus, non essentialiter aut formaliter, sed causaliter ac supereminenter, ut dictum est plenius, adimpleatur. Quantum ad mysticum corpus sub, quāvis in seipso non perficiatur nec crescat. Aduertendum p[ro]terea, quod Christus dicitur caput ecclesiae, ad similitudinem capitis naturalis. Sicut enim in capite naturali sunt tria, videlicet ordo, quoniam caput est prima atque superior pars hominis. Perfectio, quia in capite vigent omnes sensus. Virtus, quoniam motus & gubernatio omnium membrorum dependet a vi sensitiva ac motu, quæ dominatur in capite. Sic Christus prior & altior est alijs propter gratiarum suarum eminentiam, & in ipso sunt omnes sensus spūiales. Ipse quoque omnibus influere potest spūalem sensum & gratiarum motum. Est autem Christus secundum vtrumque suam naturam caput totius ecclesiae, sed secundum diuinam naturam influit authoritatice, estque caput iure creationis atque excellentissimæ gubernationis. Secundum humanitatem vero influit instrumentaliter: secundum quā etiam deus est caput Christi. Nechoim tamen, sed & angelorum quaque Christus, ut homo, caput cœsetur. Quemadmodum enim angelorum & hominum unus est ultimus finis atque felicitas, scilicet visio dei per speciem, sic una est eos ecclesia. Multitudo namque electorum actibus, officijsque distincta, mysticum Christi corpus vocatur. Quoniam igitur Christus etiam ut homo propter propinquitatem suam ad verbū, influentiā habet in summos ordines angelorum, & ceteros vniuersos, eos purgando, illuminando & perficiendo (secundum magni Dionysij documenta) constitutus est eis caput Christus. Nam enim inductus est, quod deus constituit eum super omnem principatum & potestatem, &c. Alibi quaque ab eodem Ap[osto]lo de ipso assertur, quod est caput omnis principatus & potestatis. Postremo sciendū, quod Christus est caput omnium, non aequaliter, sed ordine quodam. Primo enim & principaliter est caput beatorum qui ei vniuentur per gloriam fruitionis. Secundo, eosque qui ei vniuentur per charitatem vestram. Tertio autem illorum qui sola fide ei iunguntur. Quarto vero eosque qui vniuentur ei per potentiam ad actum reducendam. Quinto (maxime improripie) eosque qui vniuentur ei per potentiam nunquam ad actum reducendam. Damnatorum vero Christus caput non est, sed existentium in purgatorio caput veraciter appellatur.

¶ Elucidatio capituli secundi, videlicet. Et vos cum essetis mortui in delictis & peccatis. Art. II.

**I**ntendens autem apostolus Ephesios ad gratiarum actionem inducere, & gratia dei commendare, commemorat quales, i. quam virtiosi ac miseri, ex semetipis fuerunt, & quales per misericordiam & gratiam Christi effecti sunt. Et vos Ephesii cū essetis mortui spiritu ritu, in delictis, omissionis, & peccatis, commissionis. De sic mortuis ait in euangelio dominus: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, in quibus vitijs, aliquando scilicet dum nondū credidistis in Christū, Ambulastis, iniuste viuēdo, secundū seculū, i. conuersationē seu virtia, mūdi huius, qui totus in maligno positus est, i. hominū mundanorū. Nec solū secundū seculū, sed & secundū principē potestatis aeris huius, hoc est, secundū suggestiones diaboli, qui potestatē suā exercet, & habitat in aere caliginoso, qui princeps hominū impiorū est, spiritus malignus, qui nūc operatur in filios diffidētiae, i. desperātes, incredulos & induratos seducit ac possidet. Sequuntur eī pene in omnibus diabolicū instinctum, in quibus delictis atq; peccatis (quantū ad genus eoz) & nos omnes, Iudæi, sicut & gentes, aliquādo cōuersati sumus, antequam gratiam Chrii suscipieremus, in desiderijs carnis nostræ, i. carnalibus cōcupiscētijs cōsentīdo, faciētes, i. actu implētes, voluntatē carnis & cogitationū id ē, inclinationes sensualitatis, & cogitationum prauagę, seu ea in quibus caro delectatur, vel cogitatio inaniter occupatur & gloriatur. Et eramus natura, hoc est, naturali propagatione ab Adam traducta, secundū illud: Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, filij ira, i. digni vindicta & pena, propter originale peccatum, cui debebatur poena damni, non pena sensus, in posteris, sicut & ceteri impiorū sunt. Deus autē qui diues, i. copiosus, est in misericordia, Nā in seipso immensam habet clementiā, & effectus divinæ pietatis inessabiles sunt, luxta illud: Miserationes eius super omnia opera eius propter nimia charitatē suā, hoc ē, vehemētē dilectionē, qua dilexit nos, De qua dilectiōe legitur apud Iohannē: Sic deus dilexit mundū, vt filii suū vñigenitū daret, cū essetis mortui peccato, originali ac personali seu actuali, cōuiuificauit nos Chriō, i. simul cum Christo, imo & per Christi incarnationē ac passionē viuificauit nos liberādo à morte culpa, & influendo vitam gratiā, datus demū vitā gloriā, cuius gratia id ē, gratuita pietate, dono ac merito, Letis saluati, non proprijs meritis. Et cōresuscitauit, i. cū Chriō & per Christi resuscitatiō nem resuscitauit nos à morte, nunc in spe, quod in die iudicij siet in re. Capitis enim præcessio, spes mēbroꝝ est, & confedere fecit in cœlestibus, in Chriō Iesu, i. per fidē, gratia & meritum Christi iam præparauit nobis locū beatæ quietis in cœlestibus mansionibus, nunc enim confedere nos fecit in spe. Vnde & Chrūs ait: Ego dispono vobis regnū, vt edatis & bibatis super mensam meā, & sedeatis super thronos. Et rursus alibi: Qui vicerit, dabo ei sedere me cū in throno meo, vt ostēderet in seculis superuenientib⁹, hoc ē, in futuri generationibus vel in die iudicij, abundantes diuitias gratiā suā, i. copiosa munera cœlestium gratiarum, seu gratiā habitualis, ex qua omnia alia dona gratifica aliquo modo dependēt. Hæ autē diuitiæ non sunt nisi sublimia dona spiritus sancti nobis collata, in bonitate, dei extenta, super nos, i. ex diuina pietate nos misericorditer aspiciente, in Chriō Iesu, hoc ē, per Chriō, & eius sacra mysteria. Gratia enim, i. gratuita dei pietate, qui omnes homines vult saluos fieri, Vel, gratia, habituali omne meritū vestrū præueniente. Vel, gratia, id ē, gratio merito Chrii, Letis saluati, à potestate diaboli, & seruitute peccati, ceterisq; animag̃ periculis (quantum est ex parte dei saluantis), per fidē, Sine qua impossibile est deo placere, & sine qua nulla actione meritoria est, per quam etiā meritū Christi nobis applicatur. Et hoc nō ex vobis, i. non propria virtute estis saluati, Dei enim donū est, salutatio vestri, seufides. Et hoc, non ex operibus, i. non vestris meritis saluationem aut fidem meruistis, sed deus misericorditer vos præuenit, vt ne quis glorietur, id est, ne aliquis se proprijs viribus iactet saluatū, sicq; in seipso, nō in domino glorietur. Et merito nemo in se gloriari debet. Ipsius enim, dei Iesu mus factura, id est, creatiā deo, quantū ad esse naturale, creatiā (quantū ad esse gratiā) regredi ac regenerati, in Chriō Iesu, id ē, in sacramētis & fide Christi. Sacraenta enim Chrii, gratiam conferunt, & spiritualiter creant. De qua creatione ait Psalmista: Cor mundū crea in me deus. Creati inquā, in operibus bonis, i. per opera bona virtuosa ac meritoria ad perfectā regenerationē, & spiritualē existētiā ducti. Quāmuis enim per fidē & gratiā renascamur & iustificemur, oportet tamē vt tempore opportuno fides per dilectionē operetur, quoniā fides sine operibus mortua ē, quæ opera bona, præparauit deus, i. in sua prædestinatione nobis dare disposuit. Omnia enim opera nostra operatur in nobis, vt in illis ambulemus, i. conuersemur, procedēdo de via ad patriā per semitam mādatorū. Propter quod hoc est, quoniam tantā misericordiam cōsecuti estis, idcirco vt gratiōres sitis domino deo, memor res estote, quod aliquādo anteq; cōuerteremini ad Chriō, vos gētes eratis, i. gētiliter & infideliter cōuersantes, in carne, i. in peccatis carnalibus. Sic etiā accipitur caro ad Romanos, vbi dicitur: Vos autē in carne nō estis, qui dicebamini præputium, i. immūdi & incircūlisi vocabamini, tanq; habētes præputiū, ab ea quæ dicit circūcisio, i. à populo Iudeorū circūci-

A circunciso. Vel distincti à populo isto. Circunciso enim est signum distinguens Iudeos à gentibus  
 " Lin carne manufacta. i. circuncisio ista in membro corporis, ministerio manuum siebat, L qui Hier. 23  
 " eratis in tempore illo sine Christo. i. sine fide, charitate & gratia Christi, quāuis sine Christo, prout  
 " deus est, nihil possit in momēto subsistere, L alienati à conuersatione Israel. i. à cultu diuino, q Deu. 7  
 " tunc in solo Israelitico populo viguit, L & hospites testamentoꝝ. i. extranei à veteri testame-  
 " to. Quod pluraliter testamēta vocatur propter diuersitatem promissorum suoꝝ, L spem pro  
 " missionis. i. æternæ felicitatis nobis promissæ, L non habētes & sine deo. L vero, i. sine grā atq;  
 " notitia dei. in hoc mūdo. Nūc aut̄, L id est hoc tempore vestræ cōuerſionis, seu euāelicæ legis  
 " Lin Christo Iesu, L hoc est, per dñm saluatorem, L vos q aliquando eratis longe. L à deo, non loco  
 " sed dissimilitudine, quā efficit culpa. Iuxta illud prophetæ: Iniquitates vestræ diuiserunt inter  
 " deum vestrum & vos. Et: Peccata vestræ absconderūt faciem eius à vobis, L facti estis prope, L  
 " hoc est deo per charitatem vnitæ estis, L in sanguine eius. i. per pretiosi sanguinis Christi effu-  
 " sionē. L Ipse enim Christus Lest pax nostra. L effectiue nō formaliter, i. pacificator noster. Nā pa-  
 " cem fecit inter deum & homines. Homines q;q per diuersas leges diuisos pacificauit, imò ho-  
 " mines & angelos optime pacificasse cognoscitur, L q fecit vtraq; L i. duos populos. s. Iudeos &  
 " gentiles, L vnum. Lin fide ac dilectione. Hinc est quod ait ipse: Pater sancte serua eos in nomine  
 tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Christus quippe est lapis angularis, in quo duo  
 B populi concurrerunt & adunati sunt. Ita vt ex Iudeis gentibusq; conuersis constet vna ecclæ-  
 " sia. Propter quod aiebat prophetæ: Consilium pacis erit inter duos illos. L Et medium parietæ  
 " maceriae, L id est obſtaculum accedendi ad deum, L soluens, L id est per suam passionem & gra-  
 " tiam auferens. Abſtulit enim à Iudeis obſeruantim legalium, à gentibus autem idololatriam, & Pſal. 17  
 " pro omnibus ſatisfecit. De tali pariete ait Psalmista: In deo meo transgrediar murum. Dicitur  
 " autem hic paries maceriae propter suam infirmitatem. Maceria nanc; est cōgeries lapidum fi-  
 " ne cāmento. Vocaturq; medius, quoniam diuifit populos istos ab inuicem, & à deo. Nō enim  
 " ſibi concordabant inuicem, neq; cum deo ſtante pariete iſto, ſed erāt omnes quaſi oues erran-  
 " tes, vnuſquisq; in viam ſuam declinauit. Gratia vero dei parietem iſtum deſtruxit facile, cōſu-  
 " mendo peccata, & vnitatem charitatis p̄r̄ſtando, L inimicitias. L Iudeoꝝ & Gentium in al-  
 " terutrum, & in deum, L in carne ſua. L id est per corporis ſui mysteria, ſcilicet passionem & mor-  
 " tem. L ſoluens, L ipſe eſt enim agnus qui abſtulit peccata mundi. Quibus ablatis amicitia redit,  
 " & habitare facit vnius moris in domo. Insuper Christus eſt, L legem mandatorꝝ, L hoc eſt legē  
 " Mosaicam, plenam mandatis triplicibus, ſcilicet moralibus, iudicialibus & cārimonialibus  
 " L decretis, L hoc eſt euāelicis p̄ceptis, L euacuans, L id eſt ceſſare faciens, quantum ad cāri-  
 " monialia. De quibus decretis legem euacuabitibus dicit ſaluator: In hiſ duobus p̄ceptis tota  
 " lex pendet & prophetæ. Fertur autem Rabbi Moysen dicere: Tot eſt mandata in lege, quoſ  
 " ſunt oſſa in humano corpore, hoc eſt, ſexcenta & tredecim, L vt duos. L populos, à ſe olim ſide  
 " & cultu diuifos (puta Iudeos & Gentes) L condat, L hoc eſt conſtituat Lin ſemetipſo, L tanq;  
 " in ſaluatorē ac capite, iungentos ſibi per fidem & charitatem, L in vno nouo homine, L hoc  
 " eſt in ſemetipſo deo humanato, nouo ordine genito, & omnia innouante, L faciens pacem, L  
 " inter populos iſtos ad inuicem, & quo ad deum & angelos, L & reconciliet ambos deo in vno  
 " corpore. L i. in proprij corporis paſſione. Vel, in vno corpore, hoc eſt ad hoc vt ſint vnuſ my-  
 C ſticum corpus ecclesiæ, quod eſt ipſa ecclesia, quæ eſt myſticuſ corpus Christi, L per crucem. L i. Roma. 12  
 " crucis paſſionem, L interficiens, L hoc eſt penitus tollens ſeu auferens, quantuſ in ſe eſt, L inimi-  
 " citias, L id eſt peccata quæ inimicitiam induixerunt. Odio enim ſunt deo impius & impietas eius  
 " Lin ſemetipſo, L hoc eſt propria morte ac merito, Iuxta illud Eſaiæ vaticinum: Pro nobis do-  
 " lens vulneratus eſt. Item & illud Petri: Ipſe peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſuper lignum.  
 " L Et eveniens Christus, L id eſt in natura aſſumpta nouus apparenſ in terris, & cum hominibus  
 " conuersas ac ambulans, L euangelizauit, L hoc eſt dandam p̄dicauit, & per apolloſ datam  
 " annuntiauit, L pacem p̄dictam L vobis. L gentilibus, L qui longe fuistiſ, L hoc eſt, multuſ à deo  
 " auertiſ. Vnde in Euāelio: Alias (inquit) oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas opor-  
 " tet me adducere. Etrurus: Multi ab oriente & occidente veniēt, & recumbent cum Abraham  
 " & Isaac & Jacob in regno cœlorum. Euāelizauit L & pacem his qui prope, L hoc eſt Iudeis  
 " vnuſ verum deum coletibus. De quibus ipſe ait: Non ſum miſſus niſi ad oues que perie-  
 " runt, domus Israel. Hoc verbum Apololi ſum p̄tum videtur ex eo quod per Eſaiam dominus  
 " protestatur: Creavi fructum labiorum eius, pacem ei qui longe, & pacem ei qui prope, L Quo-  
 " niam per ipſum, L Christum tanquam per optimum mediatore, reconciliatore & aduoca-  
 " tum L habemus accessum, L hoc eſt cauſam atq; fiduciā accedēti corde syncero, L ambo. L id  
 " eſt nos Iudei & gentes, L in vno ſpiritu, L id eſt, iſtinctu & operatione eiusdem ſpiritus ſan-  
 " cti. Vel, in vno ſpiritu, id eſt pari affectu ſeu anima vna per charitatem. Sicut multitudinis cre-  
 " dentium erat cor vnuſ & anima vna, L ad patrem. L æternum, eum laudando, & operibus  
 " venerando. Vnde dicit alibi Apololus: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt mi-Act. 4  
Dier. 4

sericordia cōsequamur. Ergo. i. quoniā per Christū recōciliati, & prope facti estis, habētes per ipsum accessum ad patrē, sicut & ipse ait: Nemo venit ad patrē, nisi per me, Iam tē. D  
**Johan. 14**  
**EPIST.** pore gratiae & nouæ legis, cū estis ad Christū cōuersi, nō estis hospites. i. aduētitij, & cito abeuntes à deo & ecclesia & aduenæ. i. à deo & electis extranei. Per fidē emī & charitatē & cetera dona spiritus sancti firmiter stabiliti estis in deo, atq; in ecclesiastica vnitate. Ideo subditur, sed estis ciues sanctoꝝ. i. de nūero electorꝝ, tanq; eiusdē iuris ac dignitatis cū illis in domo militatis ecclesie, & domestici dei. i. deo familiariter copulati, & in domo eius. f. ecclesia) recepti, semper q̄ māsluri, superadificati. i. mēte fortiter innixi, radicati atq; fundati sive instructi, super fundamētū aploꝝ & prophetarꝝ. i. super Chrm, qui est primū fundatū, in quo apostoli & prophetarꝝ fundati fuerūt per fidē & gratiā singularē. Potest quoq; per fundamētū intelligi sacra scriptura noui ac veteris testamēti, in qua fidelū corda fideliter cōstabilūt. Aedificati itaq; estis hoc modo, l ipso summo angulari lapide existente, L Chrō Iesu. i. ita vt Chrūs in ædificio isto ecclesie spirituali sit lapis summus & angularis.  
**Daniel. 12**  
Lapis quidē, qm̄ firmiter sustinet & cōseruat credētes in se. Summus, qm̄ perficit eos. Angularis, quia in ipso, sicut in capite, vniuntur duo populi, Iudæi videlicet & gētiles ad cōstruedā vñā ecclesiā, quē admodū duo parietes in lapide materiali in angulo posito cōcurrūt atq; coherēt. De hoc lapide ait Psalmista: Lapidē quē reprobauerūt ædificatēs, hic factus ē in caput anguli. Quod Chrūs de se prædictū testatur, dices Iudæis: Nunquā legistis? Lapidē quē reprobauerūt ædificatēs, &c. In quo L Chrō. i. in cuius doctrina, fide & gratia, L omnis ædifica tio. i. domus, videlicet fidelis quilibet, seu multitudo fidelū, L cōstructa. i. spiritualiter erecta & confirmata, L crescit. i. proficiendo procedit de bono in melius, L int̄ plū sanctū. i. ad hoc vt sit tēplū purum à virtiſ, in quo deus per gratiā habitare dignetur, iuxta illud: Tēplū dei sanctū est, quod estis vos, L in dño. i. adiutorio dei, vel secundū voluntatē ipsius, L In quo L dño. i. cuius subsidio, & vos coædificamini. i. simul cū alijs fidelibus ædificamini, L intus in anima, virtutib; donis atq; scientijs, L in habitaculū dei. i. vt sitis tēplū inhabitationis diuinæ, L in spiritu sancto. i. virtute spiritus sancti, qui huius ædificatiōis artifex ē, & sine quo nullū acceptū est opus. ¶ Quæ ritur circa prædicta, quomodo ei (quod dictū est:  
**Heb. ii.** Iam nō estis hospites & aduenæ) cōsonet, quod de sanctis scriptū est alibi: Confidentes quia peregrini & hospites sunt, super terrā. Item quod ait Petrus: Obsecro vostāquā aduenas & peregrinos. Et illud deniq; Davidicū: Ne fileas, quoniā aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oēs patres mei. Et respondēdū, q̄ sancti sunt peregrini & aduenæ quātū ad seculū istud, in quo peregrinātur à dño, suspirātes ad patriam supercœlestē. Mundus emī carcer est atq; exiliū electorꝝ. Nō autē sunt sunt hospites, peregrini aut aduena quoad regnū & domū seu civitatē militatis ecclesie, imd & triumphat̄is ecclesie ciues & domestici sunt in spe.  
**Explicatio cap. tertij: scilicet, Huius rei gratia ego Paulus vincitus Iesu Christi.**

## Articulus tertius.

**O**Rans præterea sanctus Apostolus pro Ephesiis, ait: L Huius rei gratia. i. pro hac causa mihi grata, & vobis gratiosa, videlicet vt ædificemini in habitaculū dei in spiritu sancto, secundū intellectū iam expressum, L ego Paulus vincitus Iesu Chri. i. propter Christū Romæ incarceratus, & vinculis strictus, L pro vobis gentibus. i. ob hoc quod vobis gētibus euangelizo. Et hoc vobis cōstare potest sic esse, L si tamē audisti dispensationē gratiæ dei quæ data est mihi. i. gratiā mihi ex divina dispēsatione seu dispensatione collatam, videlicet apostolatū, & cetera dona gratis data atq; gratifica, mihi impensa, L in vobis. i. ad vestrā salutē & instructionē, L quoniam secundū reuelationē. id ē, ex suā pernaturali & clara illuminatione Christi, L notum mihi factum est sacramentum. i. humana redēptionis mysterium seu occultum dei consilium de saluatione hominum, L sicut supra. i. videlicet in præcedēti capitulo, L scripsi in breui sermone, dicēdo de Christo. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, L prout potestis legētes. i. verba illa, L intelligere, prudētiam. i. sapientiam, L meam in mysterio Christi. L cognoscēdo, i. in descriptione, prædicatione, seu cognitione huius diuini secreti, seu summæ mētis consilij, vtputa quod gentes per Christum saluandæ sint, L quod L mysterium. L alijs. id est præteritis, L generationibus non est agnatum. L hoc ē, reuelatum, scilicet L filijs hominum. L qui fuerunt, L sicut nunc. L id est, tā. L Luc. 10. Plene, tam vulgate, & tam perfecte quāmodo. L Reuelatum autem sanctis apostolis eius & prophetis. L noui testamenti, quorum multi nominantur in actib; apostolorum. Nam & omnes apostoli fuerunt prophetæ. His ergo reuelatū est, L in spiritu. i. per spiritum sanctum V el, in spiritu. i. spirituali mentis excessu seu eleuatione ad percipiendam reuelationem diuinam, L esse gentes. i. electos gentiles, L cohāredes. L quoad felicitatem futuram, L & cōcorporales. L hoc ē, ad idem mysticū corpus pertinētes, L & comparticipes promissionis. L i. cōfortes cœlestiū promissionū cum nobis apostolis, ceterisq; electis Iudæis. Ita vt eadē sit beatitudo omnīū nostrū in patria, & nūc vnum corpus sumus Christi. Quod totum factum est, L in

**A** Lin Christo Iesu id est, virtute & gratia, seu per incarnationem, passionem & merita Christi. Item per euangelium hoc est, euangelicæ legis prædicationem, per quam g̃etes ad fidem conuersæ sunt, & Christi gratiam suscepérūt, cuius euangelij, factus sum ego minister, id est, obsequiosus annuntiator, secundū donū gratiæ dei quæ data est mihi, hoc est, secundum apostolatum & sapientiā mihi diuinus distributa, secundū operationē virtutis eius, id est, secundum influxum diuinæ potentie ad tantam me gratiā promouētis. Mihi em̄ Paulo, omnium sanctorum minimo non simpliciter, sed secundum aliquam considerationē, videlicet quantum ad id quod sum ex meipso, & quod feci aduersus ecclesiā. Etenim secundum diuersas cōsiderationes suūpsius, potest homo diuerso de se iudicare modo sine mendacio. Sicq; maior ac perfectior potest se vere humiliare sub inferioribus. Nūquam em̄ debet aliquis propter humilitatē à veritate recedere, data est gratia h̄c, id est, auctoritas & sapientia, in gentibus euangelizare, hoc est, g̃etibus prædicare, inuestigabiles diuitias, i. imperscrutabilia & copiofissima dona & beneficia, Christi hominibus præstata vel promissa, & illuminare, instrumentaliter, id est, prædicando docere, omnes g̃etes, i. quasdam de omni genere gentiū, quæ sit dispensatio, id est, executio, seu disp̄lativa adimplatio, sacramēti absconditi à seculis in deo. id est, humanæ redēptionis secreto confitit, seu incarnationis filii dei. Quod sacramētum absconditum, seu celatum fuit in deo. i. in diuinæ mētis notitia à seculis, id est, ab omniū generationum exordijs, ut pote ab origine mundi, ita ut nulli creaturæ angelicæ vel humanæ fuerit plene manifestatum. Qui deus, omnia creavit, ut innotescat principib⁹ & potestatib⁹ in cœlestib⁹ per ecclesiā multiformis sapientia dei, secundū præfinitionē seculorū, quam fecit deus in Ch̄ro Iesu domino n̄o. In hoc expositio verborū maximā difficultatē habentū, sanctus Hieronymus & Augustinus non nihil dissolare videntur. Secundū Hieronymū em̄ exponitur sic: Mīhi data ē gratia, euangelizare in g̃etibus inuestigabiles diuitias Christi, ut innotescat, id ē, ita ut notificetur principib⁹ & potestatib⁹, id ē, angeloz ordinib⁹, qui sunt in cœlestib⁹ māisionib⁹ per ecclesiā, hoc est, per apostoloz in ecclesia prædicationē, seu ex prædicatione apostoloz in ecclesiis facta, multiformis sapientia dei, i. diuinæ mentis sapientialis dispositio de humani generis liberatione. Que utiq; cognitio, vel sapientia dei, quamvis in se una & simplicissima sit, tamen propter diuersa quæ includit, concernit & efficit, multiformis vocatur. Est em̄ de omniū mysterijs Christi. Quod autē subiungitur, secundū præfinitionē seculorum, &c. referri potest ad verbū innotescat, erit q; sensus. Ut innotescat principib⁹ & potestatib⁹ per apostolorum prædicationē multiformis sapientia dei, secundū præfinitionē seculoz, id ē, secundū prædicationē dominicā ab exordio temporis præconceptam, quam præordinatio fecit, id est, effectui mancipauit, in Christo Iesu domino nostro, hoc ē, per Christi prædicationē inchoatiue, & per missionē ac illuminationē quā ipse apostolos doctuit, & ad prædicationē emisit. Secūdo, refertur ad nomē multiformis. Tanquā dicat: Multiformis sapientia dei, nō in se multiformis, sed simplex. Multiformis vero, secundū præfinitionē seculoz, i. secundū ordinationē eoz q; in seculo fiunt. Vel secundū h̄c ipsa ex diuina præordinatione procedētia quā p̄finitionē fecit, i. implevit, vel implere disposuit deus pater, in Ch̄ro Iesu dño nostro, id est, per vnigenitū filium suum, per quem facta sunt omnia. Qui testatur: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Secūdo exponitur iuxta Augustinū, hoc modo: Data est mihi gratia illuminare omnes, quæ sit disp̄latio sacramēti à seculis in deo absconditi, ut innotescat, i. sic tamen ut innotuerit: principib⁹ & potestatib⁹, i. angelis vniuersis, per ecclesiam, hoc est in ecclesia, multiformis sapientia dei. Ponit ergo Augustinus super Genesim, quod omnes angeli à principio seculi præcognoverūt mysteriū regni cœlestis, i. vnigeniti filii dei incarnationē. Quod etiā Thomas in prima parte affirmat, rationē adiūc̄t̄. Quoniam incarnationis verbi est finis ad quē omnia angeloz ministeria ordinātur. Omnes autē sunt aliquo modo administratori spiritus. Omnes ergo sacramētu hoc cognoverūt, quātū ad substantiā eius in generali, non autē quantū ad singulas circūstantias, seu particulares cōditiones ipsius. Et quantū ad hoc, profecerūt in cognitione multiformis sapientiæ dei, mysteriorumq; Christi tempore ascētionis & prædicationis apostoloz. Porro beatus Hieronymus videtur sentire oppositū hoc loco, & Esaiæ exponē illud: Quis est iste qui venit de Edom. Ait itaq; q; angeli mysteriū incarnationis, passionis Christi ignorauerūt donec impleretur. A Christo quoq; ascendēte illud addisceret, argu ex prædicatione apostoloz in eius agnitione proficeret. Verunt̄ si dicta Hieronymi diligēter inspiciātur, non vidētur prædictis penitus dissolare. Nā asserit q; angelicæ dignitates nō ad purū intellectu præmemoratū mysteriū, donec completa ē passio Ch̄ri, & apostoloz prædicatione in g̃etes promulgata. Certū est aut̄ dici nō posse, quod angeli absolute nescierūt mysteria Ch̄ri, donec rebus essent explēta. Propheticæ autem revelationes (secundum Dionysium) angelorum ministerio fiunt, quod ergo de Christo Dionysius præcognoverūt prophetæ, angeli prius, certiusq; nouerunt. De hac vero materia plenius dixi in Esaiæ.

## C A P, III,

D. DIONYSII CARTHVSIANI.

**Esa.63** Esaias, exponendo caput illud, cuius exordium est: Quis est iste qui venit de Edom? Videtur quoque expositio gloriis Hieronymi hoc loco magis concordare literas, quam expositio Augustini ut constat insipienti. In quo Christo, id est, cuius gratia & merito, habemus fiduciam futurae felicitatis, & accessum ad deum, in confidentia hoc est, confidendo de bonitate dei, meritis Christi, & actibus propriis, per fidem eius, quia in fide Christi omnia bona nostra fundantur. Vnde & confidentia ista ex fide procedit. Deinde admonet Ephesios ad patientiam atque constantiam. Propter quod obsecro, hoc est per sacra vos rogo, ne deficiatis, hoc est, ne frangamini per impatienciam, pusillanimitatem, aut tardum animi, nec a fide, bonoque opere deficiatis, in tribulationis meis, id est, ex consideratione persequitionum, & aduersitatum quas patior, pro vobis, hoc est, ad vestri aedificationem ac probationem, quae constat, scilicet non deficere. Est gloria vestra, id est, gloriosum meritum vestrum. Solent autem pulli scandalizari, frangi, deficere, dum conspiciunt iustos ab impiis opprimi aut occidi. In quorum psalmus scriptum est ab Abacuc: Quare domine non respicias contemplatores, & taces colligat impius iustorum? Propter hoc lacerata est lex. Exercitati autem in via & lege diuina, qui sciunt quod per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum coeleste & quod peccata iusto rum in hac vita non sunt, nisi medicina atque remedia, non mouentur ex hoc, quin potius dicunt illud Saluatoris: Beati qui persequitionem patientur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Huius rei gratia, puta ne deficiatis a bono propter aduersa, reflecto genua mea, id est, corpus in oratione humiliando ad insinuandam vel excitandam cordis meihumiliationem, ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celis, & in terra nominatur, i.e. de cuius verissima paternitate deriuatur, & nomine paternitatis sortitur, omnis paternitas angelorum & hominum. Ita quod paternitas primo & propriè conuenit deo patri qui genuit filium non solum in natura similem, sed etiam sibi cōsubstancialē. Ceteris vero conuenit paternitas per qualiteram imitationem paternitatis diuinæ, ut de te vobis secundum diuitias gloriae suæ, i.e. secundum plenitudinem suæ perfectiōis increatæ & opulētissimæ, virtutem, i.e. cordis constantiam, corroborari, hoc est, ut confirmemini, per spiritum eius, id est, per inspirationem & operem spiritus sancti, in interiori homine, hoc est, in anima. Quod est habitare Christum per fidem, formatam, in cordibus vestris, id est, mansione quietam, ac iugé præsidetiam habere in interioribus vestris. Sitis quoque in charitate dei ac proximi, radicati, hoc est, radicatus fixi, seu firmiter inhaerentes, quemadmodum radix terræ fortiter inest, & fundati, id est, per firmas rationes diuini amoris stabilitati, videlicet ex consideratione diuinæ bonitatis in se, & charitatis eius super nos, ex consideratione etiam beneficiorum, promissionumque Christi, ut possitis comprehendere, id est, syncere cognoscere, cum omnibus sanctis, hoc est, sicut sancti in via deo reuelante cognoscunt, que sit latitudo spiritualis charitatis, & longitudo, & sublimitas, & profundus eius. Haec dimensiones attribuuntur charitati, per similitudinem corporalium dimensionum. Vnde latitudo charitatis est, quod ad omnes extenditur, etiam inimicos. Longitudo eius est quod tendit in longum atque futurum, videlicet usque in ultimum finem, seu vitam æternam, nec frangitur propter dilationem. Vnde secundum Augustinum. Longitudo est perseverandi longanimitas. Sublimitas vero charitatis est quod immediate unit nos deo, immo in deum transformat, eique inseparabiliter colligat, quod maximum in patria adimpleretur. Profundum autem charitatis est condescens ad proximum. Vel humiliationis declivitas ex consideratione terribilium iudiciorum dei. Possunt quoque haec quatuor metaphoricæ ad diuinam referri naturam. Ut latitudo pertineat ad diuinæ naturæ communicabilitatem, qua deus dat omnibus affluentem, nec aliquid expers est a diuinæ bonitatis participatione. Longitudo vero pertineat ad aeternitatem, qua attingit a fine usque ad finem, immo uniuersa praecedit, & omnia sequitur. Vel ad longanimentem expectationem, qua impiorum præstolatur emendationem. Sublimitas autem ad maiestatis diuinæ incircumscribibile excellentiam. Vel ad promissorum supernaturalem dignitatem. Profundum quoque ad incomprehensibilia diuinæ naturæ, eiusque iudiciorum. De quibus dicit scriptura: Iudicia tua abyssus multa. Item alibi: Excelsior celo est. Et quid facies? Profundior inferno. Et unde cognoscet? Longior terra mensura eius, & latior mari. Possitis scire etiam scientia practica, hoc est, sciendo imitari, & iuste agere, supereminentem scientiam charitatem Christi, id est, dilectionem illam principiū, qua Christus secundum suam scientiam nos dilexit. Dilectio enim ex cognitione pecedit. Videlicet: Possitis scire charitatem Christi supereminētem scientiam, id est, nostram notitiam sua magnitudine excedentem, ut impleamini, id est, diuinarum gratiarum recipiendo influxum redatis ac pducamini, in oem plenitudinem dei, id est, ad omnia perfecta quae conferuntur a deo. Quatenus nunc obtineatis plenitudinem meritorum. Postmodum vero plenitudinem præmiorum. Ei autem, s. deo omnipotenti, qui potes est omnia, sibi placentia, & nobis salubria, facere, i.e. implere superabundanter quam petimus aut intelligimus, i.e. copiosius quam orare aut nosse valeamus, qui tamē plus intelligimus, quam orare presumamus, secundum omnipotentiam suam, que operatur in vobis, ut causa prima ac principalis, nobisque virtus.

IN EPIS. AD EPHESIOS. ENARRA. Art.III. Fo. LXXXIX.

A virtutem & gratiam operandi largitur, Lipſi fit gloria. i. clara cum laude notitia, in ec-  
clesia. i. in cordibus fidelium, qui deum glorificant, & in Ch̄fo Iesu. i. propter ea quae no-  
bis per Ch̄m donauit. Gloria in qua, duratura, in om̄es generationes. i. per vniuersa ge-  
nerationum interualla, seu tēpora, seculi. i. pr̄fentis vitæ, cōtentiuæ, seculorum. i. in-  
cludentis in se secula vniuersa, i. singulis mūdi ætates. ¶ Porr̄o, secundū Damascenum, secu-

i. Timo. 1.  
FINIS.  
Damasc.

¶ Declaratio capituli quarti. Obsecro itaq; vos ego vinctus in dñō, Arti. IIII.

**D**icit sanctus apostolus om̄ia bona nostra diuinæ pietati ac gratiæ esse ascribēda, induxit quoq; Ephesios ad gratiarum actionē, & fudit pro eis precē deuotā. Iam in moralibus instruit eos dicēdo. ¶ Obsecro itaq; vos ego vinctus. i. Romæ incar-  
ceratus atq; ligatus, in domino hoc est, propter deum & fidei pr̄dicationem,  
lvt digne ambuletis, quotidie in virtutibus proficiēdo. Digne inqua, vocatione qua vo-  
cati estis, ad Christianā religionē atq; euangelicā legē me foris per pr̄dicationē meam vo-  
B cante, deo autem interius operāte, & per inspirationē internam vocante, hoc est, sic viuite vt  
cōuenit christianis, & sicut lex iubet quam assumpfisti, cū om̄i humilitate, interiori & ex-  
teriori in verbis & factis, ita ut laetē superbiā & manifestā pr̄sumptionē ac pompam abi-  
ciatis, & māsuetudine. i. mititate irā refrenāte. Hoc & Chr̄us admonet: Discite, inquiēs,  
à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde & Tobias pr̄cepit filio suo: Superbiā nunquā  
in tuo sensu, aut in verbo tuo dominari permittas. In ipſa em̄i sumpsit initiuū om̄is perditio. Et  
in Ecclesiastico scriptū est: Odibilis corā deo & hominibus est superbiā. De cōmēdatiōe ve-  
ro māsuetudinis, scriptū est: Fili, in māsuetudine opera tua perfice, & super hominū gloriā di-  
ligeris, cū patiētia, quæ passionē tristitia afferit. i. cū & quanī tolerātia aduersor̄, sup-  
portātes inuicē, mutuos defectus atq; labores, cōpatiēdo peccātibus, & laborātibus succur-  
rēdo, sicut alibi dictū est: Alter alterius onera portate, in charitate. i. syncero affectu non  
simulatiōe, aut pro cōmodo tēporali, soliciti seruare. i. studioſi ac diligētes ad cōseruādū,  
vnitatē spiritus. i. spiritualē vnionē & cōformitatē animoꝝ, vt sit vobis anima vna p cha-  
ritatis affectū, vel vnitatē spiritus. i. vnitatē ecclesiæ quam facit sp̄ritus sanctus, in vinculo  
pacis. i. hoc ē, in pace seu trāquillitate animi, quæ ē spirituale vinculū vnitatis pr̄fataꝝ, qm̄ nu-  
triteā atq; cōseruat. Vnū corpus. i. Ch̄i mysticū estis, & vnu spiritus. i. cū deo ei fideliter  
adītārēdo. Vel, vnu spiritus cū spiritu Ch̄i per charitatē, eadē volendo ac nolēdo cum eo,  
quēad modū per Hieremīā dñs loquitur: Dabo eis cor vnu, & animā vnu, sicut vocati estis  
in vnu spem. i. ad eadē beatitudinē sperādā, vocatiōis vīx. i. ad quā vīa vocatio ordina-  
tur. Merito insuper obseruāda ē vnitatis ista interna ac spiritualis. Nā, vnu dñs. i. deus tri-  
nitatis. De quo in libro Hester quidā aiebat: Dñe rex om̄ipotēs in ditione tua cūcta sunt posi-  
ta. Vna fides, in specie ex parte obiecti, quod ē veritas prima, sed ex parte subiectoꝝ fides  
numeraliter diuersificatur. Quāmis em̄i multa sint credēda, & multi articuli fidei, vna tamen  
est formalis, & propriaratio obiectalis, propter quam om̄ibus creditur, & cui fides innititur  
scilicet veritas increata, vnu baptisma in specie, quia materia vna ē, vtpote aqua, & for-  
ma baptismi eadē est. Vnde dicitur baptisma vnu, ex parte interioris Baptistæ, videlicet Ch̄i,  
q; solus lauat & mūdat interius. Vnde oī vnu vocatur, qa iterari nō potest, estq; eiusdē valo-  
ris à quocumq; ministretur, quoniam nō consistit in merito dantis, sed in virtute dominicæ  
passionis, vnu deus & pater om̄i hoc ē, deus trinitas. Qui deus dicitur propter creationē,  
pater propter benignam gubernationem, qui est super omnes. i. incomparabili digni-  
tate cunctis pr̄stantior, & per omnia spiritualiter extensus siue diffusus, cūctaꝝ penetrās  
& includens. Propter quod ipse per Hieremīā contestatur: Nunquid non cœlum & terrā  
ego impleo? Et in om̄ibus nobis. i. credētibus atq; electis est per fidem, charitatē & gratiā.  
Sed ne ex hoc qđ dixit, nos esse vnu corpus, vnuq; spiritū, & stimetur in om̄ibus esse par-  
gratia, subditur. Vnicuiq; autē nostrū data est gratia, gratūfaciēs, vel gratis data, seu vtraq;  
simul, secūdum mēsuram donationis Christi. i. hoc ē, iuxta quantitatē mēsuratam à Ch̄o,  
vel secūdum quod Chr̄us dator mensurat, qui dat singulis secūdum propriam capacitatē siue  
virtutem. i. Propter quod dicit. Psalmista: Ascendēs. i. Chr̄us in altum. id ē, in cœlum  
empyreum in die Ascētionis, captiua duxit captiuitatem. i. hoc est, à diabolo captos eripi-  
uit, c̄cepit, & secūdum deduxit, videlicet sanctos de lymbo, om̄esq; om̄ino purgatos, dedit dona  
hominibus. i. maxime in die sancto Pentecostes, quando discipulis mittēs spiritū sanctū, im-  
pleuit corda eoꝝ diversis charismatibus spiritus sancti, vt patet in actibus: Allegat autē apo-  
stolus potius sensum q; verba Psalmista: Sic em̄i continet nostra translatio. Ascendisti in al-  
tum, c̄pisti captiuitatē, accepisti dona in hominibus. i. Quod autē Chr̄us ascēdit, qđ est  
hoc est,

EPIST.  
Ephe. 3.

Barth. 11  
Tobit. 4  
Eccl. 10.  
Ecli. 3

Heb. 10  
1. Cor. 13  
Galat. 6  
Johann. 17

Roma 17.  
Hierc. 12  
1. Petri. 5

Hester. 13  
Roman. 3

Hiere. 23.  
FINIS.  
EPIST.  
Johann. 1

Psalm. 67

Acto. 2

CAJII

D. DIONYSII CARTHUSIANI.

hoc est quomodo verum est nisi quia & descendit primum. Id est ante, videlicet in die resurrectiois seu mortis suæ, in inferiores partes terræ. Id est, ad lymbum patrum, qui est secus infernum situm in medio terræ. Inde enim captiuam duxit captiuitatem. ¶ Porro Christus in puncto mortis suæ descendit in lymbum, quantum ad animam. In die vero resurrectionis rediit illuc cum corpore & anima secundum quosdam. Vel sic: Descendit primum in inferiores partes terræ, hoc est, ad hunc mundum inferiorē, humanam naturam assumēdo, atq; in mundo visibiliter operando. Vnde ipse ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Qui descendit modis præfatis, Ipsi est & qui ascēdit. in die ascēptionis secūdum corpus & animam, super omnes cœlos, materiales & habitationes eorum. Ascēdit autem loco & dignitate, vel potius dignitatis sue manifestatione super omnes creaturas corporales ac spirituales. Sunt autem septem cœli planetarum: octavum cœlum est firmamentum quod appellatur sydereum. Estque partim diaphonum, & partim lucidum. Nonum est cœlum crystallinum, seu aqueum omnino diaphonum, quod philosophi nominant nonam sphæram. Ultra quam aliqui ponunt decimam sphæram seu decimū cœlum, quod nominant primū mobile. Ultra hos cœlos, est cœlum empyreum maximè uniforme ac simplex atq; immobile, quod est mansio beatorum. ¶ Deniq; præter hos cœlos superiores, & secundum substantiam prorsus incorruptibles sunt cœli elementares, videlicet cœlum aereum, & thereum, olympium, & igneum. Sic ergo ascendit Lvt adimpleret omnia. quæ in lege, prophetis, ac psalmis de ipso prænuntiata fuerunt. Vnde in cruce dicebat: Consummatum est. Vel, impleret omnia genera hominum, id est, quosdam de vniuersis generibus hominum donis & gratijs spiritus sancti. De quibus omnibus dixit apud Iohannem: Omnia trahā ad meipsum. Quomodo autem & quibus gradibus hoc fecerit, subditur: Et ipse Christus dedit hoc est, gratis constituit, quosdam quidē Apostolos. de quibus in Luca habetur: Hos duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit, quosdam autem prophetas. id est, futurorum prænuntiatores, vt erant Agabus & Dionysius, qui Iohanni Euangeliæ prophetauit de sua reductione à Pathmos. Secundum Ambrosium p prophetas potius intelliguntur scripturarum expositores, quoniā in nouo testamento scripturarum explanatores appellantur prophetæ, alios veros Euangelistas, vel quia Euangelium prædicauerunt, vt septē diaconi & successores eorum. Euangelistæ nāq; vocantur qui quāmis sacerdotes non sint, tamē euangelizare ex officio p̄ntere habēt. De quibus dñs loquitur p Hieremiam: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascēt vos sc̄ientia & doctrina. Loquitur autem Apostolus de distinctione istorum formaliter. Materialiter namq; frequenter coincidunt, ed quod eidē psonæ diuersæ gratiæ conferantur. Nam ipsi Apostoli vtiq; & Prophetæ & Euangelistæ, pastores atq; doctores fuerunt. Hos itaq; dedit deus, ad consummationē sanctorum. i.e. vt feliciter finiantur seu consumētur, qui nunc sancti & pfecti consistunt, qui & a predictis diriguntur in opus ministerij. i.e. operosum obsequium, puta ad hoc vt singuli sua officia ordinatæ & expedite valeant exequi, in ædificationē corporis Christi. i.e. propter ædificationē spiritualē ecclesie, & vt infideles p fidē ei incorporētur quæ est mysticum corpus Christi. ¶ Porro prælatio ordinationis predictæ durabit, donec occurramus oēs. hoc est, in die iudicii nobis inuicem & Christo obuiemus, iuxta illud in Euangelio: Ecce sponsus venit, surgite obuiam ei. Et alibi: Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo, in unitate fidei. Id est, idē credētes quantum ad electos fideles, qui nō dum deū p spēm videre meruerunt, & agnitionis. i.e. cōfēlationis, filij dei. Hoc refertur ad bōs qui ante futurum iudicium deo p̄fūruntur. Vel sic: Occurramus oēs, qui iam sumus & viuimus, in unitate fidei, id est, in vna fide catholica, & agnitione fidelis Christi filij dei, in virum pfectū. hoc est, in statu pfecto, habētes videlicet pfectionē virtutum, & fortitudinem animorum, sicq; appareat nos esse viros nō ratione sexus, sed pfectionis. Non ergo ideo ait, in virum pfectū, quasi post resurrectionem defecturus sit sexus muliebris, sed quia electi feliciter immutabuntur in mensuram ætatis plenitudinis Christi, hoc est, in ea ætate occurremus & resurgemus, qua Christus consummatus atq; occisus est, scilicet, in anno tricesimotertio. Non ait in mēsuram corporis vel staturæ, quoniā vñusquisq; proprij corporis mēsuram recipiet, quam vel in iuuentute habuit, licet senuerit, vel fuerat habiturus nisi prius obiisset. Non autem satis est dicere secundum Augustinum, quod in resurrectione detur corpori magnitudo quam non habuit, nec naturaliter habuisset, vel quod corpora maiora ad dominici corporis quantitatem redigantur, sic enim multum periret de illis, cum tamē ne vñus quidē periturus sit capillus eorum. Hęc vero tam præ clara largitus siue datus est deus beneficia nobis, vt iam post receptionem baptismi & conuersationē nostram, non simus parvuli. id est, discretione ac sensibus minorati seu modici, fluctuantes. i.e. instabiles, & circumferamur. i.e. vndiq; à deo & rectitudine sancte cōuersationis abstrahamur ac euagemur, omni vēto doctrinæ. i.e. inani, verbosa, & turbulēta p̄ficatione hoīm puerorum, ne deputemur cū illis, de quibus dicit Psal. In circuitu impīj ambulāt.

A Et: Deus meus potie illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, quæ circuferentia seu vana instructio fit, Lin nequitia hominū, i. à nequam hominibus, Lin astutia hoc ē, cum fraude & simulatione, Lin circuventionem erroris, i. ad hoc ut alios fallant mittendo eos in diuersos errores sub prætextu iustitiae & specie veritatis. Veritatem autem iustitiae hoc est, opera iusta, facientes. Vel veritatem, doctrinæ, facientes, id est, actibus virtuosis exequentes Lin charitate. hoc ē, ex charitatis impulsu atq; imperio non sicut, coacte aut formidolose, L crescamus, in gratia gratificante, Lin illo per omnia virtutū exercitia, qui est caput, l. Petri. 2. nostrum, videlicet, Chrūs, i. auxilio Christi secundum eius consilia ad gloriam eius. Ex 1. Cor. 11. quo, i. cuius virtute & operatiōe, totum corpus mysticū, quod est vniuersa ecclesia, L cō pactum, hoc est, per fidem & opera fortiter iunctum, L & connexum, coagulo charitatis, per omnē iuncturā subministratiōis, i. per singula mēbra, siue supposita mysticum corpus integrantia, & sibi inuicē charitatine ministrantia, L secundum operationē, id ē, realem & actualē subuentiōem seu seruitutem, Lin mensuram vniuersiūsq; mēbri, i. iuxta facultatem, proportionem, seu modum cuilibet personæ ecclesiasticæ conuenientem, videlicet secundum quod gratia dei in ea maior aut minor ē. Hoc itaq; corpus ita compactū, Augmē tum corporis facit, hoc ē, seipsum auget ac perficit numero & merito Christi virtutem, Lin 1. Cor. 3. ædificationē sui, hoc est ad hoc ut plures cōuertātur ad fidē, corrigātur in moribus vel perficiantur virtutibus, Lin charitate, in qua tota spiritualis fundatur & cōsummatur constru-  
B ctio. Sic ergo in corpus ecclesiæ iunctum ē, vt singula membra eius sibi inuicē per dilectionē cohærent atq; ministrent. Deinde instruuntur Ephesii in moribus, primoq; admonētur declinare à malo. Hoc igitur, i. quoniā tāta vobis collata est gratia, L dico & testifor in domino, i. deo testante, vel sub testimonio domini iubeo, deum testē adhibēdo, L vt iam tempore gratiæ, non ambuletis sicut & gētes ambulant, i. nō viuatis sicut gētiles, Lin vanitate sensus sui, hoc ē, diuersis erroribus humana vanitate cōceptis, L tenebris, i. perfidia, varijsq; falsitatibus, L obscuratū habētes intellectū, alienati à via dei, i. à fide & lege diuina, L per ignorantiam quæ est in illis, quæ est priuatio veritatis, idcirco alienat & separat intellectum à via dei, quæ pulchra est atq; pacifica, L propter cæcitatem, i. hebetudinē & duritiā cordis ipsorum, per quam prædicationi veritatis claudūt oculos mētis. In malevolam em animam non introibit sapientia. Qui desperantes, hoc est, futuræ vitæ ac diuinæ remune rationis fiduciam non habētes, L semetipso tradiderūt impudicitia, id ē, turpitudini, luxuriae, procedētes ex cōcupiscētia, Lin operationē immūditia omnis, i. in opera totius fceditatis, nullū genus carnaliū voluptatū omittētes, Lin auaritiā, i. ex peccato luxuriæ etiā in auaritiā lapſi desiderātes tēporalia, sine quoq; vſu, libidini vacare non possunt. De talibus scriptū est per Sapientem: Dixerūt impī apud se. Non est qui agnitus sit, reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus, tanquā nō fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis que sunt & vt amur creatura tanquā in iuuentute celeriter. Nullū pratū sit, quod nō per trāseat luxuria nra. Vos autē non ita, scilicet ut impudice viuatis, & vitijs gētilitatis vacetis, L didicistis Chrm, hoc est, Chri doctrinam, quæ docet oppositū, L si tamē illū, i. Christi documenta, Laudistis, autibus mentis, id est, intellectis, L & in Christo, hoc ē, secundum eius vitam, mores & theoriam, L edocti estis, à spiritu sancto per Christi ministros, sicut ē veritas in Iesu, id est, si sic informati estis ut dici possitis edocti in Christo, hoc est, si vere sapiē C tes estis, vitam & mores conformando scientiæ exemplo Chri, qui cœpit facere & docere. Acto. 1. Vnde subiungit quid sit in Christo edictum esse, L deponere vos secundū pristinam conuer- sationem, i. per abnegationē præcedētium vitijs, L veterem hominē, hoc ē, vōsplos relinquare, quantum ad id quo primo parenti præuaricatori similes estis per inobedientiæ eius imitationē. Hinc em dicit saluator: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Et Salomon loquitur: Verte impios & non erūt, L qui, vetus homo, L corrūpitur, id ē, spiritu- liter annihilatur omne esse gratiæ gratificatiē perdēdo, L secundum desideria erroris, hoc est, consentiendo desiderijs prauis, vel eamancipando effectui. Quæ dicuntur desideria erroris, quia ex errore seu defectu cognitionis aliquo modo procedūt. (Omnis em peccās, est ignorās secundum philosophum) & ad errorem peccati actualis deducūt. Per veterem autem hominem designatur quilibet nřm per comparationē ad pristina vitia, quibus anima vetusta efficitur. Deinde aplūs exhortatur Ephesios ad operationē boni, L renouamenti aut spiritu, i. affectu, L mētis, i. aīæ L vīæ, L vel spiritu mētis vīæ, i. spū qui ē mēs vīa. Quid autē sit taliter renouari, additur: L & induite nouū hoīem, i. similitudinē Chri vel cuiuscūq; hominis spirituali in Chfo renati ac renouati assumite, eius sequēdo vestigia, sicut superius dictū ē; Induimini dñm Iesum, hoc est, esse virtutū & grā adipisci curate, vt q̄tidie in charitate & grā proficiētes, inde sinēter recētes & vigorosi, imò indies magis recentiores siatis, L qui, nouus hō, L scdm deū, i. à deo seu opatiōe diuia, vel scdm bñplacitū dei, L creat⁹, i. format⁹ seu reformat⁹, Lest i justitia & scititate veritatis, i. puritate vera nō simulata. Has ei virtutes Chrs, se cundū

Psalm. 83

1. Petri. 2.

1. Cor. 11.

1. Cor. 3.

Romani. 1.

Prover. 3.

Sapic. 1.

Heb. 18

Heb. 13

Sapic. 2.

Luce. 9

Prover. 12.

Aristot.

Roma. 13.

cundum quod homo accepit: quod in utero virginis creata est anima eius & corpori suo unita. Alij vero in baptismo, & penitentia eas recipiunt. Propter quod deponentes medacium  
 Quod veritati & per consequens deo, qui veritas est, aduersatur. Deponentes (inquam) omne meum officium, iocosum, & maximè perniciosum, de quo in libro Sapientiae habetur: Os  
 quod mentitur, occidit animam. Et in Psalmo: Perdes oes qui loquuntur medacium, i. loquimus  
 veritatem, i. verum sermonem, unusquisque cum proximo suo. hoc est, quolibet hoie, qui se  
 cundum naturam tibi frater & proximus est. Nam & pater unus omnis nostrum, & deus unus  
 creauit nos, L qm sumus in unicem membra. i. per modum membrorum uniti, ad idem corpus ecclesie pertinentes, atque ad mutuam subventionem obligati. Hinc per Prophetam dicitur. Veritatem tantum  
 & pacem diligite. Itascimini & nolite peccare. Hoc ex Psalmo quodam acceptum est. Potestque  
 satis multipliciter explanari, prout ira diversis modis accipitur. Sic enim sumatur pro motu pri-  
 mum primo, i. pure naturali, sic non est peccatum, & ita permisum dicitur: Itascimini. Additur ta-  
 men, & nolite peccare, quoniam ira talis facillime redditur vitiosa. Secundo accipitur ira pro motu sub-  
 ito ex humana infirmitate, & pena peccati prodeunte, qui est veniale peccatum. Procedit enim  
 ex aliqua apprehensione, nec rationis iudicium prestatulatur. Et ita quod dicitur: Itascimini, non est  
 exhortatio irascendi, sed consilium atque remedium iram vincendi. Nam sequitur, & nolite pecca-  
 re. Tanquam dicat: Si motio talis orta in vobis fuerit, non ei consentiat ratio, sed reprimat eam.  
 Tertio, sumitur ira pro motu quodam ratione sequente, quo contra propria vel aliena peccata  
 mouemur, appetendo vindictam secundum rationis dictam. Et haec est ira per zelum quae est laudabilis, facies actum rationis efficacius fieri, quam virtuosi frequenter sponte assumunt. De qua dicit Gregorius. Tunc robustius ratio contra peccata erigitur, dum ira subita rationi famulatur. De  
 hac itaque ira admonedo iam dicitur: Itascimini, i. contra vestra & aliorum peccata. Verutamen quoniam  
 ira haec magno moderamine egreditur, ne excessu accedit vel maior expetat ultionem quam cul-  
 pam eretur, ideo subditur: Et nolite peccare, hoc est ne permittatis irae commotionem sic crescere  
 ut ratio conturbetur, vel iustitia omittatur. Propter quod ait Gregorius: Caudum summovere est, ne ira, quae ut instrumentum virtutis assumitur, rationis dominetur, ne ut domina praeat, sed  
 velut ancilla ad obsequium parata, a ratione tergo nunquam recedat. Si ergo vindicta queratur  
 propter correctionem culpae & observationem iustitiae, erit ira per zelum, alias esset ira per vitium.  
 Denique ira dupliciter metas rationis excedit. Primo nimium feruescendo, quando videlicet,  
 ipsa commotio in se excessiva consistit, rationis actum impediendo. Secundo, maior vindictam quam  
 oportet expetendo, quod est grauius primo: est enim contra charitatem atque iustitiam. Unde ex suo  
 genere est mortale. Sol, iste visibilis non occidat, ad occasum tendendo, super iracundiæ  
 vestram. hoc est, ira vestra durante. Tanquam dicat: Si motus irae exurgat, non maneat. Vel,  
 sol iustitiae, id est, Christus, aut certe sol intelligentiae, hoc est, iudicium rationis non occidat super ira-  
 cundiæ vestram, id est, a vobis non elongetur, nec separetur propter iracundiæ vestrae excessum. Nolite locum. Hoc est, ingressum ad possidendum animam vestram, dare diabolo.  
 Job. 5 admittendo suggestiones eius nefarias, vel redeundo ad pristinas iniquitates. Unde scriptum  
 est: Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Alter vobis contingit quod Christus in Evangelio loquitur:  
 Cum imodus spiritus exierit ab hoie, pambulat aeternalia loca, querens requiem, & non inuenit. Tunc dicit:  
 Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum venerit, reperit eam vacarem, & scopis purga-  
 tam atque ornatam. Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratores se, & ingressus inhabi-  
 tat illic, & fiunt postrema hominis illius peiora prioribus. Qui surabatur ante conuersationem  
 seu penitentiam, iam non furetur. aliena tollendo, quod ex suo genere est mortale, quoniam  
 contrarium est iustitiae. Interdum tamen est veniale, propter paruitatem nocimenti, vel actus  
 imperfectionem. Magis autem labore operando in manibus suis quod bonum est. id est,  
 licita opera exteriora atque mechanica pro pretio faciat, vt habeat aliquod temporale bonum,  
 Actoz. 20 unde tribuat necessitate patenti, hoc est, egenis eleemosynam conferat de labore manuum  
 suarum. Hinc in Actibus idem ait Apostolus: Omnia ostendit vobis, quae si laborantes oportet  
 suscipere infirmos, & meminisse verbi domini Iesu, quae beatius est magis dare quam accipere. Omnis  
 sermo malus ex ore vestro non procedat. quamvis animo fuerit praecognitus, sed reprimat,  
 1. Corit. 15 praeferit cum de omni verbo otioso reddenda sit in die iudicii. Corrumptur namque mores homi-  
 nos colloquia prava. Propter quod in Ecclesiastico scribitur: Beatus vir qui non est lapsus in ver-  
 bo ex ore suo, sed qui bonus est ad confirmationem fidei. hoc est, sermo utilis ad confirmationem fidem  
 in alio proferatur a vobis, non qualitercumque, sed cum debitum circumstantijs, s. vt det gratiam audi-  
 entibus. i. proficiat eorum saluti, sicque per occasionem praefert seu augear gratiam dei in eis. Et  
 nolite contrastare spiritum sanctum dei. hoc est, non ita in obedienciam vestram offendatis spiritum  
 sanctum, vt per modum contrastati se habeat, vel alios bonos propter vestram peruerfiratem  
 ad contrastandum seu condoleendum inducat. quamvis enim spiritus sanctus sit verus & incomuta-  
 bilis deus, ei tamen ascribitur quod ipse in hominibus operatur, iuxta quem sensum fertur pro  
 nobis orare gemitis inenarrabilibus. Per modum quoque contrastati se habet, dum a nostris  
 cordi-

**A** cordibus per peccata fugatur, iuxta illud Sapientiae: Spū sanctus disciplina effugiet factum, & auferet se à cogitationibus quae sunt sine intellectu. Penes hūc sensum & in Esaiā scribitur: Affixerunt spīm sancti eius. Translatio septuaginta interpretum habet: Affixerunt spiritum sanctum eius, in quo signati. i.e. cuius virtute & gratia à reprobis separati, distincti, estis in die redēptionis. i.e. conuersationis, vel baptismatis vestri. Vel, in die redēptionis. i.e. dominica passionis, quia tunc facta est signatio ista quantū ad meritū eius ex parte Christi qui tūc omnibus sufficiēter, electis vero efficiēter promeruit grām veræ salutis. L Oīs amaritudo. cor-  
dis, sermonis & operis, L & ira per vitium, L & indignatio procedens ex ira atq; superbia,  
L & clamor. i.e. sermo impetuosus, vel irrationabilis eleuatio vocis, L & blasphemia contra deum & sanctos tollatur à vobis, L vel per anticipationem, vel per correctionē, gratia dei ve-  
stris studijs ac precibus auxiliante. Non est em̄ volentis neq; currentis, sed dei miserentis, L cū omni malitia. i.e. cum cæteris vitijs, vt habeatis cor mundum. Nam si quis totam legem imple-  
uerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Nempe (vt ait Ambrosius) in seruo dei  
omnia debent bona videri, ne puritas eius ex aliqua parte maculef. Hæc ergo vitanda sunt vi-  
tia. Vnde de amaritudinis euitatione scriptum est: Non sit inter vos radix germinans fel &  
amaritudinē. Et alibi iterum: Non est sensus vbi abundat amaritudo. De ira vero scriptum est apud Ecclesiasten: Ne sis velox ad irascendum, qm̄ ira in finu stulti requiescit. Cui consonat il-  
lud Iob: Virum stultū interficit iracundia. Et alibi legitur: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Spiritum aut ad irascendum facile, quis poterit sustinere? De indignatione qj  
Salomon ait: Qui ad indignationē facilis est, erit ad peccata proclivior. Estote autem inuicē be-  
nigni, mutuo subueniēdo, misericordes, cordialiter compatiendo. Beati em̄ misericordes,  
qm̄ ipi misericordiā consequētur. Et in Proverbiis, scribitur: Per misericordiam & fidē purgātur  
peccata, L donātes inuicē. i.e. mutuas offensas penitus remittētes, L sicut & deus pater vel tri-  
nitatis L in Ch̄o. i.e. merito Christi L donauit nobis. i.e. piē indulxit. Propterea ipse ait salua-  
tor: Si non dimiseritis, nec pater uester qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra.  
¶ Explicatio Cap. V. Estote ergo imitatores dei. Art. V.

Sap. 1.  
Ela. 63

Act. 1.

Esa. 8

Ro. 9

Jac. 2  
Ambro.Dente. 20  
Ecc. 21  
Eccles. 7Job. 5  
Pro. 27  
Prove. 29  
Matt. 5  
Pro. 15

Matt. 16

EPIST

Matt. 5  
Luc. 6

Johan. 12

Heb. 43

Johan. 3

Ecc. 10

Apo. 21

Ela. 16

bus,

**P** Rosequitur demū Ap̄lus in p̄cedenti cap. cœptam instructionē morale, & ait. L Estote ergo. i.e. qm̄ deus in Ch̄o nobis donauit, idcirco estote limitatores dei. i.e. diuinæ pietati cōformate uestipos, offensoribus uestris parcēdo, bñfaciēdo, oēs q; diligendo,  
L sicut filij mei spūales, vel filij dei adoptiui, L charissimi. i.e. valde dilecti, pro quibus pater vnigenitū suū misit & dedit, filius mortē sustinuit, spū sanctus sc̄ipm copiosissime infudit. Hoc est quod in Euangelio docet, p̄cipit q; saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite his q; oderunt vos, vt sitis filii patris uestri qui in cœlis est, qui solē suum oriri facit super bonos & malos. Assimilari autem creatori, est summa perfectio creaturæ, si tamen assimilatio fuerit ordinata, non usurpata L & ambulate in dilectione dei ac proximi, charitatue viuendo, iuxta illud: Hoc est p̄ceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut & dilexi vos. Vnde iam subditur, L sic-  
cut & Chrūs dilexit nos. i.e. taliter vtputa pure ac spūaliter, quamuis non æqualiter, & tradidit semet ipsum pro nobis oblationē pacificam, L & hostiam pro peccato in ara crucis, L deo patri vel trinitati. i.e. ad gloriam eius, & vt ei pro nobis satisfaceret, L in odore suavitatis. i.e. in suauē odorē, videlicet in holocaustum acceptissimum atq; gratissimum deo. Maxime em̄ placuit deo oblatio Ch̄ri ex parte patiētis, non ex parte inferētis. Nam ex parte patiētis, mors illa erat pñssima, & ex summa charitate assumpta, sed ex parte inferentis, crudelissima erat, sacrilega & displicantissima deo. L Fornicatio autem simplex, L & oīs immunditia. i.e. alia quælibet luxuriæ species, L aut avaritia. i.e. inordinatus temporalium appetitus, L nec nominetur. i.e. non solum nō sit, sed nec exprimatur L in vobis. i.e. à vobis, seu inter vos L sicut decet sanctos. L esse sine ta- lium nominatione, L aut turpitudo. i.e. indecētia in osculis & amplexibus, L aut stultiloquiu, L sicut est adulatio, L aut scurrilitas. i.e. iocularitas risum cōcitans, L q; ad rē nō pertinet. i.e. saluti nō proficit. Hoc nullū nominetur aut sit in vobis, L sed magis gratiaæ actio à vobis dño p- soluatur. Per hoc docet Ap̄lus, q; longe debeant esse magna peccata ab hīs qui student perfe-  
ctioni. L Hoc em̄ scitote intelligentes. i.e. sacram scripturam sapienter pensantes, L q; oīs forni-  
cator. i.e. cū soluta cōcumbens, L aut immūdus. i.e. aliud aliquod luxuriæ genus exercens, vt est stuprum, incēstus, adulteriū, L aut avarus, q; est idoloq; seruitus, L i.e. cuius iniqitas idololatriæ cōparatur, eo q; sicut idololatra idola colit magis q; deū vñ, ita avarus potius adh̄ret argēto, & auro, q; deo, magis q; confidit in eis, q; in dño. Propter qd in Ecclesiastico legitur: Auaro ni-  
hil est scelestius, & nihil iniquius q; amare pecuniam, L non habet hæreditatē. i.e. beatā posselli-  
onem seu paratam felicitatē L in regno dei & Christi, L quod est vnum regnū, quia nec modo pertinet ad filios ecclesiæ militantis per grām gratificantē, nec postmodū ptinebit ad ciues ec-  
clesiæ triumphantis p gloriā. Non em̄ intrabit in illā aliquid coquinatū, nisi qui scripti fue-  
rint in libro vite agni. Et Esaias ait: Tollatur impius, ne videat gloriam dei, L Nemo vos sedu-  
cat inanibus verbis. i.e. coloratis sermonibus, apparentibus argumentis, fruolis promissioni-

Q

bus, prouidentiam dei negādo, vel impunitatē ex diuina misericordia promittendo, seu longam vitā spondendo. Propter hæc em̄. i. propter horū inanū verboꝝ prolationem, seductionē seu credulitatē venit ira. i. vltio dei in filios dissidētiā. i. in hoīes desperātes de vita futura seu p̄missione diuina. Nolite ergo effici participes eoz. sic dissidētiū. i. nec esse. Rō. 1. Etū, nec opere, neq; auxilio cōformemini eis. Digni quippe sunt morte, nō solū qui faciunt, sed Eccl. 13 etiā qui cōsentient. Nā & qui tetigerit pīcē, inquinat ab ea Eratis erū aliquādō. Idū mūdo & cōcupisētūs inhæsistis, tenebræ. i. tanta virtus caligine, cordis cæcitate, & ignoratiæ tenebris inuoluti, vt nō solū tenebroſi, sed etiā tenebrae fuſſe dicamini, nunc aut̄ qm̄ ad deum cōuerſi estis, facti estis lux. i. spūaliter illuminati in dño. i. in veritate & gratia dei. Idcirco lvt filij lucis ambulate. i. pure, honeste, ac religioſe conuerſemini, ſicut ad filios lucis pertinet. i. ad filios dei, q̄ est lux æterna & increata, iuxta illud Iohann. 3: Erat lux vera. Vel per lucem intelligitur splendor seu claritas gratiæ, cuius filij sunt omnes qui grām habent. Vnde ait ſaluator: Dum lucem habetis, credite in lucē, vt filij lucis fitis. Merito aut̄ ſic debetis ambulare. Fruſtus em̄ lucis. i. operatio gratiæ, vel opus placitum luci æternæ. Est. i. vivere in omni bonitate. i. interna virtute ac pietate, quo ad ſeipſum, & iuſtitia. i. in iuſta actione, quantum ad proximum, & veritatem quātum ad deum ei veraciter ministrando, probantes. i. prudenter inuestigantes, vel rationabiliter discernentes, quid ſit beneplacitum deo. vt illud ſemper agatis, & quæ diſplicent deo, vitetis. Vnde apud Hieremiam ait dñs: Si separaueris preſiosum à vili, quali os meū eris. Et nolite cōmunicare. i. cōſentiendo vel cooperādo operibus inſtruſuofis. i. vacuis à fructu ſpūali tenebrarum. i. maloꝝ habituum ſeu hominum mentibus obscuratorum, magis autē redarguite. i. ite atq; iterum corripite, ſi fit ſpes de emendatione, & maxime, ſi ad vefram pertineant curam qui peccant. Omnes tamen ad correctionem fraternalm iure charitatis aliquo modo tenentur. His ergo duobus modis ſecundū Augustinū, nō te maculat malus, ſi nō cōſentis, & ſi redarguis. Qm̄ em̄ paꝝ eſt nō cōſentire, iungit Ap̄lus quod maius eſt, magis aut̄ redarguite. Propter quod ait ſaluator: Si peccauerit in teſtrater tuus. i. te ſciente, vade & corrige eū inter te & ipsum ſolū, &c. Deinceps oſtendit, quare nō debeamus cōmunicare operibus impiōꝝ. Quia em̄ in occulto. i. in locis abſconditis ſiunt ab eis. p̄dictis excēcatiſ hominibus, humanū potius q̄ diuinū cōſpectū timētibus turpe eſt dicere. quanto magis facere. Omnia aut̄ quæ arguunt. i. opera qua reprehendunt. à lumine ma-nifestantur. i. per verā loquutionē, ſplendidamq; doctrinā increpantis, innotescūt eſſe digna. Prone. 28 2. Timo. 3 reprobatione, nec vltra valent latere, quēadmodū ad Timotheum ipſe ait: Inſipientia illorum omnibus maniſta erit. Omne em̄ quod maniſtatur. hoc modo per increpationē vel humilem peccātis cōfessionē, lumen eſt. i. claz, certū ac notū. Vel, lumen eſt. i. ſpūalit luce per- Johā. 3 funditur, dū in publicū ducitur. His conſonat verbū Christi: Omnis q̄ male agit, odiſt lucem & nō venit ad lucē, vt non arguant opera eius. Qui aut̄ facit veritatē, venit ad lucē, vt maniſtentur opera eius, quia in deo ſunt facta. Propter quod, videlicet qm̄ lumē eſt qd maniſtatur. i. ſpūs sanctus p̄ me. Surge. à vitijs p̄ pœnitētiā. q̄ dormis. i. in ignauia tua quiescis & exurge. per opera pœnitētialia. à mortuis. i. de ſocietate impenitentiū ſpūaliter mor-tuoꝝ, & illuminabit te. i. radiū ſapiētiae & lumē discretionis tribuet tibi. Chrūs. iuxta ilud Eſaiæ: Requiem dabit tibi dñs ſemper, & implebit ſplendoribus animā tuā, ſi glorificaueris dominū, dum nō facis vias tuas. Vnde Michæas ait: Cū ſedero in tenebris, dñs lux mea eſt, & deducet me dñs in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Videte itaq; fratres. i. oculo intellectua-li penſate, q̄o caute ambuletiſ. i. vigilanter & cuſtodiſt vnuatiſ, occaſiones peccati vita-do, atq; in arcta via, q̄ ducit ad vitā, cū omni circūſpectione progrediendo, vt impleatis quod à ſapiente dicitur: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuū. Et quod rursus idē ait: In timore dñi eſto to Pro. 4 Pro. 23 ta die, & habebis ſpem in nouiſſimo, non quaſi inſipientes. i. ſola temporalia atq; pſentia bona ſeu mala coniſiderantes, ſed ut ſapiētes. in cognitione diuinoꝝ. i. discreti ac prouidi, co-eſtibus bonis ſempintēti, redimētes. i. ab inſtruſuofis occupationibus expediētes. i. tēpus. i. vitæ pſentis. i. certas horas ad vacanū deo aptantes. Vel, redimētes tēpus. i. tempora, q̄ inſtruſuofe expēdiftis reparantes p̄ inſtruſuofiſſimā occupationē tēporis pſentis atq; reſtatis, qua-tenus priores negligētias & impietates recompensetis p̄ ardētissimam cōuerſationē tēporis nōdū elapſi quo eſtis vieti, ne inter impios numeremini, de qbus canit Psalmo-graphus: Viri ſanguinū & dolosi non dimidiabunt dies ſuos, qm̄ dies mali ſunt. i. aduersitatibus, periculis atq; malicijs pleni. Non q̄ dies in ſe mali ſint, ſed quia hæc mala in ſunt hoīibus in diebus ſeculi huius viuentibus. Scriptura em̄ tēpori ea aſcribit quæ ſiunt in tēpe, quēadmodū primo Macha-baoꝝ inducit: Videſt Ionaſtas quia tēpus eū iuuat. Hinc em̄ ſaluator: Sufficit (inquit) diei ma-litia ſua. Et in Genesi Iacob aſteruit: Dies peregrinationis meæ mali & parui. Propterea no-lite fieri imprudētes. ſola ſenſibilita & tēporalia ponderando, ſed intelligentes q̄ ſit voluntas dei. i. hoc diligentissime inquiratis, quid placeat deo, vt illud ſemp agatis. Et nolite inebrari vino, in quo eſt luxuria. causaliter, quia calorem auger, atq; libidinē cōcitat. Venter enim

A vino æstuans, cito spumat in libidine, iuxta Hieron. Vnde Sapiens dicit: Luxuriosas vinum, & tumultuosa ebrietas; quod his delectat, non erit sapiens. Rursusque scriptura: Quam sufficiens est homo eruditus vinum exiguum, sed implemini spiritu sancto, i.e. ita viuatis & corda vestra sic occupatis, ut in gratia spiritus sancti proficiatis quotidie. Deus enim unicus inquit, secundum quod se disponit aut capax efficit, loquentes vobismetipsum, i.e. mutuo exhortates vosipso, in psalmis ad bene operandum hortatibus, & hymnis ad dei laudem spectantibus, & canticis spiritualibus, quod de gaudiis futuris commemorat, cantates & psallentes in cordibus vestris, i.e. silenter in anima. Vel in cordibus vestris, i.e. cum cordiali intentione & ex mentali affectu, deo altissimo, quem debet hymnus, laus, honor, & gloria, gratias agentes semper, i.e. qualibet hora conuenienti ac debita pro oibus beneficijs dei. Vel, pro oibus hominibus beneficia diuina sortitis, omnium saluti commemorando in nomine nominato domini nostri Iesu Christi, i.e. in ipso Christo, videlicet ad laudem & gloriam eius. Vel certe per eum, deo & patri, i.e. patri eterno, qui est deus ratione creationis, paterque Christi in naturali & proprio noster adoptivus, subiecti in unicem ex debito obediencia vel ex condescensione humilitatis & charitatis, in timore dei, casto ac filiali. Prae lati enim per humilitatem & charitatem subdunt se inferioribus, subditi vero ex debito obediencia subiiciuntur platis. Ceteri omnes communiter se in unicem honorare, præferreque habent, iuxta illud quod alibi dictum est: Honore in unicem prenentes. Propter quod Christus testatur: Qui maior est vestrum, sit uester minister. Et iterum legit: Quantum maior es, humilitate in oibus. Præterea genialibus exhortationibus positis, descendit apostolus ad particulares personas, dicendo. Mulieres viris suis subditae sint, in licitis & honestis, sicut dominus, i.e. sicut dominus subdit seruus, quem vir caput, i.e. superior est mulieris, i.e. prefectior atque discretior ea communiter. Et dominus præulit virginem scemina, dicens ad eam: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, sicut & Christus caput, i.e. rex ac princeps est ecclesiae. Ipse Christus existens, saluator corporis eius, i.e. ecclesiae, qui est mysticum corpus Christi. Sed sicut ecclesia, i.e. fidelium sancta collectio, subiecta est Christo, fide & opere, ita & mulieres viris suis, in oibus, bonis sint subditae. Sciendo tamen quod subiectio mulieris sub viro non est in oibus similis subiectioni ancillæ aut serui, cum ipsa sit socia viri, & una caro cum eo, facta non de capite aut pedibus, sed de latere viri, quasi similis ei, & iuxta latus eius ponenda. Viri, diligite uxores vestras, non carnali & fœdo, sed ordinato ac spirituali amore, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit, in morte pro ea, i.e. pro eius salute, ut illa sanctificaret, i.e. virtutibus adornaret, mundans eam primo, i.e. vitis purgas, lauacro aquæ, i.e. intinctio seu lotione in aqua baptismatis. Lauacro in qua facto in verbo vite, i.e. sub debita forma verborum, quibus hoc sacramentum ex Christi institutione perficitur. Accedit quippe verbum ad elementum, & sit sacramentum, in quo, verbum est formale ac principale, elementum vero est materiale, ut exhibetur, i.e. representaret vel faceret, ipse Christus sponsus celestis sibi, i.e. ad suum honorum, secundum quod deus est, in presenti seculo inchoative, in futuro autem completere gloriosam ecclesiam, i.e. claritate scientia atque virtutum splendoribus resurgentem, non habentem maculam, i.e. peccatum mortale apertum, aut rugam, i.e. peccatum mortale occultum, sed mundum ac simplicem. Aut aliud huiusmodi, criminale habente, sed ut sit sancta, in interioribus & immaculata, in exterioribus. Ita viri debet diligere uxores suas ut corpora sua, quia sunt una caro. Si autem sumatur corpus pro parte hominis materiali, sic viri magis tenent diligere uxores suas, quam corpora propria. Si vero sumatur corpus pro toto corpori, minus diligendæ sunt uxores. Ideo similitudo est quantum ad aliquid, non absolute in oibus. Porro de hac Christi gloriosa & illibata ecclesia scriptum est in Apocalypsi: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalē descendente de celo a deo parata quasi spousam ornatam viro suo. Et rursus: Quia venerunt nuptiae agni, & uxor eius preparauit se. Itemque: Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellæ duodecim. De qua etiam intelligendum est illud Esaiæ: Surge, illuminare Hierusalē, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Qui suam uxorē diligit, seipsum diligit. Tanta est unitas triusque. Sunt namque duo in carne una. Merito itaque debet homo uxorē suam diligere. Nemo enim, i.e. nullus rationabiliter & humane se habet. Unque carnem suam odio habuit. Vel simpliciter. Nemo unquam carnem suam odio habuit, quia vel dilectione naturali vel amore carnali vel charitate infusa ad eam afficitur. Nam & quod seipso occidit, carnem suam amasse probant, quam ideo perimit, ut brevi tempore longa euadant plentis vita supplicia, sed nutrit, i.e. victu & fouet eam, vestitu sicut & Christus ecclesiam, nutrit sacramento altaris & fouet eam vestimento salutis, quia membra sumus nos Christiani corporis eius, i.e. ecclesiae, qui est mysticum corpus Christi. Sumus itaque membra de carne eius & de ossibus eius, i.e. eiusdem naturæ existentes, cum Christo hoie. Vel hoc ideo dicit, quod fidelium qui a Christo instituti sunt quidam, putata infirmi, dicuntur de carne Christi quod ante passionem erat infirma, quoniam indiget a fortibus sustentari, quemadmodum caro sustentatur ab ossibus. Alij scilicet fortis atque perfecti, dicuntur de ossibus Christi propter constantiam, & dominice passionis ac patientiae imitationem. Propter hoc, i.e. ad designandum dilectionem ac unitatem Christi atque ecclesiae, scriptum est in Genesis, i.e. relinquet homo, i.e. maritus patrem suum & matrem suam, i.e. carnales parentes quantu-

Q. 2 ad co-

Hieron.

Pro. 28

Ecc. 31

Psal. 64

Ro. 1

FINIS.

Ro. 12

Matt. 20

Ecc. 3.

1. Cor. 11:

Col. 3

Gen. 2

Matt. 19

Gen. 2

t. Pet. 3

Gen. 1

Apo. 21

Apo. 19

Apo. 12

Esa. 60

Gen. 2

1. Tim. 6

Matt. 26

Barc. 14

Gen. 1

Matt. 10

ad cohabitationē localem, & adh̄erebit vxori sue. habitando, conuescēdo & dormiendo. D

**L Cor. 7** cum ea, & erunt duo supposita, scilicet maritus & coniunx, in carne vna. i. in uno carna-  
li commertio per seminis propagationē. Vel dicuntur duo in carne vna, qm̄ nullus eorum pro-  
**Matt. 19** prius carnis haber potestatē, & propter communionē p̄cipuam vna caro reputantur. Vnde  
dicit saluator: Itaq; iam nō sunt duo, sed vna caro. ¶ Deinde ponit Apostolus mysticum sen-  
sum scripture de matrimonio allegatæ. ¶ Sacramentum hoc. i. sacrum signum istud in con-  
iugio pronuntiatum magnū est. i. magnæ rei significatiuum. ¶ Ego autē dico. i. signum  
istud expono, impletōq; alero in Christo & in ecclesia. i. in spūali desponsatione inter Chri-  
stum & ecclesiam facta, quando videlicet verbū caro factū est, & nostrā naturam assumēs, ostē-  
dit quantū dilexerit nos, cū quibus idē fieri voluit. Matrimonium ergo seu coniugium, magnū  
est sacramentū, propter significantiam coniunctionis Christi & ecclesiz, in qua etiam Chrūs  
quodāmodo patrē reliquisse videtur, non simpliciter, cū aeternaliter sit in sinu, imò in corde pa-  
tris, sed secundū apparentiam quandā ratione incarnationis. Sic em̄ de nouo apparuit mundo  
ad coniungendū sibi ecclesiam tanq; sponsam. Propter quod ait: Exiui à patre, & veni in mun-  
**Psalm. 18** dum. Et Psalmista: Ipse (inquit) tanquam sponsus procedens de thalamo suo. A summo ccelo  
egressio eius. Matrem quoq; suam. i. synagogam Chrūs reliquit, & adh̄est vxori suæ. i. genti-  
litati conuersæ, quam ipse spūaliter visitat & fœcundat. ¶ Veruntamen. i. quāuis p̄dicta de  
coniugio mystice intelligentur de Christo, nihilominus & vos singuli, hoc est vnuſquisq;  
vestrā coniugem habēs, suam vxorē sicut seipsum diligat. Vxor autē timeat virum. i. in re-  
uerentia habeat eum, & casto timore formidet, ne eum offendat.

¶ Elucidatio Cap. VI. Filiū obedit parentibus vestris. Arti. VI.

**Col. 3** Ost informationem conuersationis habendæ inter virū & coniugem, ponitur infor-  
matio cōversationis debitæ inter parentes & filios. ¶ Filiū obedit parentibus vestris.  
carnalibus in dho. i. secundum voluntatē diuinam, videlicet in licitis & honestis,  
atq; ex animo. s. prompte, reuerenter & amoroſe. ¶ Hoc em̄ iustum est. iure natura-  
li, diuino & humano, imò magistris, dñis & parentibus, non potest reddi aequialens, iuxta phi-  
losophum. ¶ Honora patrem tuum & matrem. tuam. Vnde apud Malachiam habetur: Filius  
honorat patrē suum, & seruus timet dñm suum. Honorare ergo debemus parentes, reuerenti-  
am impendēdo, & necessaria, si indigeant, ministrando. Sunt em̄ principiū nostrum. Propter  
**Ecc. 3** quod in Ecclesiastico legitur: Quām male fame est, qui relinquit patrem, & maledictus a deo,  
**Exodi. 20** q; exasperat matrē. ¶ Quod est mādatum diuinū in Exodo scriptū, primū in promissione. i.  
primū cui mercedis addit̄ promissio. Decalogus aut̄ p̄ceptoꝝ ad duo p̄cepta pertinet charita-  
tis. Tria em̄ in prima tabula scripta, respiciunt p̄ceptū charitatis dei. Alia septē in secunda tabula  
scripta, cōcernunt p̄ceptū charitatis proximi. Inter quæ p̄ceptū de honoratione parentū p̄ce-  
dit, cui annexitur merces que subditur, vt bene sit tibi. in spūalibus ac temporalibus, vt sis  
longævus super terrā. i. aeternaliter habites in terra viuentū. Ad literam tñ hoc dictū videtur  
de prolongatione vitæ p̄sentis in terra peregrinationis istius, seu in terra promissionis, quan-  
tum ad populū Israel pro tempore illo. Hoc em̄ meretur p̄ter p̄miū spūale obseruatio huius  
mandati secundi cōmūne iustitiae legem, quāuis interdū ex diuinæ dispensationis moderami-  
ne, aliter accidat. ¶ Et patres. carnales, nolite ad iracundia prouocare filios vestros. aut fili-  
**Col. 3** as, nimis rigorose & aspere procedēdo cum illis, sed educate illos. i. fouete & necessaria pro-  
uidete nō solū carnaliter, sed in disciplina morali & correptione dñi. i. iusta correctione  
**Pro. 13** quēadmodū scriptum est: Qui parcit virgæ, odit filiū suū: qui autē diligit illum, instāter erudit.  
**Pro. 22** Rursusq; Salomon: Stultitia (inquit) colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eā.  
**Ecc. 30** Hinc etiā in Eccō legitur: Qui diligit filium suū, assiduat illi flagella. Certū est aut̄ hæc quoq; ad  
spūales patres ac filios pertinere. Patet vero ex his, q; parētes tenent filiis in tribus, quæ sunt ne-  
cessariog; prouisio, instructio & correctio. ¶ Deinceps introducitur exhortatio cōversationis  
**Ro. 6** inter seruū & dñm. ¶ Serui obedit dñis carnalibus. i. tpalibus, & sensualitatē sectantibus. Et  
p̄ cōsequēs multo plus obediēdū est dñis spūalibus & honestis, cū timore. i. aia. & tremore.  
**Psalm. 2** corporis, in simplicitate cordis vestri. i. sine simulatione. sicut Christo. seruendum est, iu-  
cta illud in psal. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Seruitus em̄ hæc propter pec-  
catū ex diuina ordinatione inficta est in poenam peccati, idcirco patiēter ferēda est tanq; pur-  
**Col. 3** gatoriū vitiōꝝ, exercitiūꝝ virtutū. nō ad oculū seruientes. i. solū in p̄fentia hominī, q; ho-  
minibus placētes. i. humanū fauorē dūtaxat optantes, sed vt serui Chri, faciētes voluntatē  
**i. Pet. 2** dei. i. diuinis mādatis obtēperātes. Ex aio. i. p̄rópto affectu, sic sitis. cū bona voluntate, i. vi-  
delicet cōformādo vestrū affectū dispositioni diuinæ, seruientes. dñis carnalibus. sicut dño.  
deo altissimo, & non sicut hominibus. tantū. i. cum reuerentia & tremore ac cordis sim-  
plicitate. scientes, quoniam vnuſquisq; quod fecerit bonum, hoc percipiet a dño. i. pro illo  
**Gala. 3** p̄mū iustum habebit a deo, q; nullum bonū deserit irremuneratū. sive. i. sit seruus, sive li-  
ber. ¶ Seruitus enim conditio seu libertas non tollunt p̄miationem diuinæ iustitiae.

Et vos domini eadē facite illis. i. tam benigni estote seruis vestris, quām fideles fuerint vobis, iuxta illud Ecclesiastici: Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem tracta illum, remittentes minas. l. i. p̄cenas comminatas non inferentes, si tamen serui p̄cenate, vel raro seu paꝝ offendent. Vnde ite in Eccle. scribitur: Ne lēdas seruum in veritate operātem. Porro si serui rebelles aut duri cōsistant, agendū est qđ rursus in Eccle. fertur: Cibaria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. Itemq; Seruum inclinent operationes assidua, lscientes vos dñi, q̄ illoꝝ seruoꝝ & vester dñs est in cœlis, & psonaꝝ acceptio non est apud deum. l. Idcirco timete, qm̄ eadē mēsura, qua mēsi fueritis, remetiet vobis. Qualem ergo vultis vobis esse cœlestē dñm, iudicē p̄ternū, tales exhibete vobis seruis ac subditis vestris. Post specialia iussa & certaꝝ exhortationē personar̄, redit Apl̄us ad instructionē cōmunem cunctoꝝ fideliū. De cætero. i. insup & tpe adhuc restatē, fr̄s cōfortamini in dñō. i. spūa le robur à deo adipisci studete, & cōtra impugnationes mundi, carnis atq; diaboli roboreſ cor vestrū, in dñō. i. ḡfa eius, & in certa fiducia diuini auxilij, & in potētia virtutis eius. i. in potenti potestate dei, innitēdo semp diuinæ potētiae, nō proprijs viribus. Vel, in potētia virtutis eius. i. in efficaci fortitudine à deo infusa, q̄ animū roborat in aduersis. Ad hāc cōfortationē monet dñs vnū quēq; nostrū in lib. Iosue: Confortare & esto robustus valde. Noli metuere, qm̄ te cū est dñs deus tuus. Sic aut̄ cōfortant, q̄ toto corde sperant in dñō, iuxta illud Sapiētist: Turris fortissima nomē dñi, ad ipm̄ currit iustus & exaltabit. Induite vos armaturā dei. i. virtutibus interiora vestra vestite, videlicet intellec̄tu prudentia, voluntatē iustitia, sensitiū appetitū cæteris virtutibus moralibus. Hæc em̄ sunt arma spūalia à deo fabricata ac data, quibus aia contra oīa documenta munitur, vt possitis stare. i. fortiter dimicare ac p̄ualere, aduersus infidias. i. occultas machinationes diaboli, q̄ se frequēter transfigurat in angelū lucis, sub specie boni multa mala proponēs. Deniq; (vt Leo papa testat) omniū discutit mores, ventilat curas, scrutat affectus, & ibi q̄rit causas nocendi vbi quenq; viderit studiosius occupari. Qm̄ non est nobis colluctatio. principalis aut sola aduersus carnē & sanguinē. i. homies carnales ac fragiles, seu vitia carnis. Vnde dñs in Genesi ait: Non pmanebit spūs meus in hoīe in æternū q̄a caro est. Et in Euāgelio: Caro & sanguis nō reuelavit tibi. Verūtamen graue bellū habem⁹ contra carnē & sanguinē. i. mundū, & concupiscētias carnis. Bellū vero qđ cōtra hostes inuisibilis habemus, periculosisimū est atq; grauissimū. De quibus subiungit, sed aduersus principes & potestates. i. angelos apostatas seu dæmones, qui erant ante lapsum suum de ordinibus principatum & potestatum. De omnibus em̄ angelorum ordinibus quidam cecidisse creduntur, qui oēs iam p̄ principatus & potestates designant, ita q̄ nomine principatuū designantur dæmones inferiores, nomine autem potestatum superiores, quibus inferiores obedient homines impugnando. Est em̄ in dæmonibus prælatio quædam, eo q̄ omnes concordes sint in desiderio nocendi hoībus, aduersus mundi rectores. i. contra p̄dictos inuisibilis hostes hominum seculariū directores ac principes. Homines em̄ iniqui dæmonū voluntati obediunt, & ab ipsis captivi tenentur, ac vndiq; circūferunt sicut serui à dñis. Et ne quis p̄ mundū putaret significari machinā mundialē, quasi diabolus creator & rector esset mūdi sensibilis, sicut Manichæi dixerunt, ob id seipsum exponēs Apl̄us, subdidit, tenebrar̄ harū. i. hominū obtenebratorum. Vnde paulo ante inductum est: Fuitis aliquando tenebra. Hoc modo mundus frequenter accipitur in scripturis, sicut cū dicit: Mundus eū non cognouit. Et: Mundus in maligno positus est. Et: Nō estis de mundo, contra spūalia nequitiae. i. agmina dæmonū nequitijs plena, habitantia in cœlestibus. i. in aere caliginoso, in quo dæmones complures usque ad diē iudicij volitant. Aer aut̄ s̄p̄ius cœlū vocatur. Hinc nāq; dicuntur volucres cœli, q̄ afferrunt volare in cœlo. i. in aere. Vnde & dæmones significantur p̄ volucres cœli, vbi ait saluator: Semen cecidit secus viā, & volucres cœli comederunt illud. Propterea. i. q̄a tam arduū plūm imminet vobis, accipite armaturā dei. i. virtutes & opera virtuosa, qbus dæmones repelluntur. De qbus armis Iob ait: Iustitia indutus sum, & vestiū me ea sicut vestimento, & diademate iudicio meo, vt possitis resistere diabolo, q̄ tanq; leo rugiens circuit, querēs quē deuoret, Lin die malo. i. tpe tētationis & aduersitatis, & in oībus prosperis & aduersis persesti stare. ruinā vitando peccati, ita vt nec prospera vos extollant, nec aduersa deiciat, sed regia semper via incedatis vtentes vtraq; manu pro dextera, quatenus oīa cooperētur vobis in bonū. l. State ergo in virtutibus fixi, succincti, cingulo castitatis lumbos vestros. Lin qbus vigeat luxuria. i. carnis concupiscentias refrenare, continēter viuēdo, prout monet saluator: Sint lumbi vestri p̄cincti. Hos lumbos p̄cinxit Iob: Pepigi, inquiens, fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. Sic aut̄ accingite lumbos in veritate. i. veraciter coram deo, non simulatorie coram hoībus, sicut hypocrita, & induiti loricam iustitiae. i. virtute iustitiae interiora vestra munite, sicut lorica corpus tegit ac muniſ. Vnde apud Esaiam dicit: Indumento iustitiae circūdedit me dominus, & calceati pedes. i. pedes corporales & etiam spūales. i. animi vestri affectiones habete munitos & expeditos, Lin p̄paratione Euangelij pacis. i. ad hoc

hoc ut sitis parati annuntiare vel adimplere euangelicā doctrinā, in qua pacificatio nō cū deo  
 describitur, & p cuius obseruantiam verā pacē sortimur, iuxta illud in Psalmo: Pax multa diligē  
 tibas legē tuam, L. in oībus spūlibus pugnis seu tentamentis, L. sumentes scutū fidei, L. i. ipsam  
 fidem pro scuto arripite, virtutē & actū fidei opponētes suggestionibus dē monis, puta futura  
 tormenta inferni, sempiterna gaudia ecclie, metuendū iudiciū dei, q̄ oīa cadunt sub fide. Per q̄ se  
 vtiq; cōsiderationē oīa tentamēta vincunt, Ideo subdit, L. in quo, L. scuto L. possitis omnia tela ne  
 quissimi ignea, L. i. impugnations acres ac feruidas pessimi tentatoris L. extinguere, L. i. repre-  
 mere. Propter qd Petrus ait: Aduersarius vester diabolus circūvit, quārēs quē deuoret, cui resi-  
 stite fortes in fide. L. Et galeā salutis assumite, L. i. spem futurā felicitatis seu charitatē menti ve-  
 strā superponite, vt cōtra p̄sentū bonoꝝ blandimēta, spe futuroꝝ atq; diuino amore armemini  
 ni, L. & gladiū spūs, L. i. à spū sancto datū spiritui vestro, L. qd est verbū dei, L. i. sermo sacræ scri-  
 pturæ, q̄ penetrat intima animæ, & vitia resecat, atq; à mūdo animā diuidit sicut materialis gla-  
 dius penetrat corpus. De hoc gladio spūali dicit saluator: Nō veni pacē mittere, sed gladiū. Et  
 Psalmista: Accingere gladio tuo sup fœmū tuū potentissime. Sed quia hæc oīa ex diuino auxi-  
 lio manant, atq; p grām conferunt deuote orantibus, Ideo subdit, L. p omnē orationē, L. i. pr̄-  
 dicta implete deū inuocādo p omnē, i. pfectā orationē. Et aut̄ oratio, simplex petitio, obse-  
 cratio vero est petitio cū adiuratiōe seu cōmemoratiōe rei sacræ, sicut cū dicimus: Per incarna-  
 tionē tuā libera nos dñe. De qua nūc sequit, L. & obsecrationē, L. quā etiā proprie est respectu  
 difficultū. Orātes omni tēpore, L. i. singulis horis deputatis & debitis vel congruis ad orandum,  
 quemadmodū in Ecclesiastico habet: Non impediatis semp̄ orare. Vnde & saluator: Oportet  
 (inquit) semp̄ orare, & nō deficere, L. in spū, L. i. cū deuotionis affectu, seu attētione mētali. Spi-  
 ritus em̄ est deus, & eos q̄ adorant, in spū & veritate oportet adorare, L. in ipso vigilātes, L. i. so-  
 liciti atq; feruentes L. in omni instātia, L. i. conamine quo actibus virtuosis insistit, L. & obsecra-  
 tione, L. fusa L. pro oībus sanctis, L. viatoribus, vt pseuerent, proficiantq; in bonis, L. & pro me, vt  
 detur mihi sermo in apertione oris mei, L. i. quatenus spūs sanctus mentē illuminet, ita vt mox  
 dum os meū ad loquendū aperio, infundat mihi à deo, qd loqui expediatur, sicut & deus promisit  
